

DE OBITU ET APOTHEOSI  
 INVICTISSIMI IOANNIS TERTII  
 Lusitaniæ, & Algarbiorũ Regis, Africi, Persici, Indici,  
 Arabici, Æthiopici. Qui anno. 1557. tertio Idus  
 Iunij ad superos concessit. Necnon de mi-  
 seranda serenissimæ Reginæ Catha-  
 rinæ lamentatione opus, à Cada-  
 bale Grauió Calydonio,  
 cum Scholijs & annota-  
 tionibus, in lucem  
 editum.

Per  
 2.2.40



*Subijt Sanctæ Inquisitionis examẽ, cum ordinariæ authoritatis  
 approbatione, & nihil quod pium lectorẽ offendat, habet.*

¶ Vhsippone excudebat Franciscus Correa  
 Typographus Serenissimi Cardinalis  
 Henrici. Anno 1565.

## ADLECTOREM.

**NON** timco rabidos dētes, linguasq; nefandas,  
 Lysiadum regum fortia facta cano.  
 Tutus ab insidijs volitaris ubiq; locorum,  
 Qui mecum scribat regia gesta simul.  
 Vos igitur vates, tangit quos gloria fama,  
 Lusitanigenas tollite ad astra duces.  
 Quod ni ego fecissem paterer ludibria, risus.  
 Nauigo sed portu, gratia sit Superis.


### - OPERIS ARGUMENTVM.

**L**USITANIAE & Algarbiorū rex inuidiosissimus Ioā  
 nes tertius ex hac lachrymarū valle discesserat. Mortē eius  
 tristissime luget Cadabal Grauius, atq; inter Cœlicolas ad supre  
 mi regis solium superiora, & inferiora cernentem, suos alloquen  
 tem & consolantem, summa beatitudine, ac gloriæ perpetuitate  
 in æternum gaudentem, mira quadam dicēdi facilitate collocat.  
 Præclarissima regina Catharina iuxta cadauer misere lamenta  
 tur, regisq; in Christianam rempublicam egregia beneficia, & im  
 mortalia gesta cōmemorat. Præstantissimo regi Sebastiano ne  
 poti (quem incredibili amore prosequabatur) omnia prospera fe  
 liciaq; bene precatur.

Cadabalis Grauij ad prudentissimam reginam Epistola hæc, j.  
 miliare scribēdi genus vincit. Eius enim phrasis tragicum sapit  
 stylum, clarissimiq; regis egregias laudes, ad Panegyrici formam  
 cum reginæ cōmendatione breuiter, ac succincte complectitur.

CLARIS-

CLARISSIMÆ, ATQVE PRÆSTAN-  
tissimæ Catharinæ Portugallia, & Algarbiorum re-  
ginæ citra & vltra mare in Africa. Domineq;  
Guineæ Cadabal Granius Calydonius. S. D.



**Q**UANTUM NON EA ERV-  
 ditione, nec dicendi facultate præditus sum, vt  
 ad te mihi liceat scribere præstantissima Regi-  
 na, (maiorē enim te sciebam, quā vt ad legēdi  
 carmina, quæ in obitum inuictissimi Iōanis, tui  
 charissimi coniugis, Lusitanorumq; regis, inq; tuos miserādos lu-  
 ctus, quibus nihil tristius vnquā fuit, pingui (quod aiunt) Mi-  
 nerua condiderim, descensuram putarē.) Est tamen tuæ gloriae,  
 tuæ dignitatis, amplissimarumq; laudum tantus splendor, vt ve-  
 rendum, ac regalem oculorum tuorum aspectum (licet venerādæ  
 potestatis facibus me longissime submoueas) non perhorruerim,  
 tuum ac tuorum grauisimum iudicium subiturus, priuatus, &  
 infimæ sortis homo, cui ad colēdum te religiose, sola superstit au-  
 datia. Sed quanta potero breuitate, pro meā mediocritate, tuæ  
 atq; tuorum gloriæ eternitati consulēs aperiam, & paucis ab-  
 soluam. Quum Braccharæ, quæ populi Romani totius orbis do-  
 mitoris superba Colonia fuit (religiosissimo viro Balthasare  
 Limpio Hispaniarum primatē viuente) non infeliciter literas  
 tibi mitterer. Tuus ille placidissimus coniuix, iustitiæ, religionis, ve-  
 ræ pietatis, catholiceq; fidei clarissimum lumen, tumidi & spa-  
 tiosi sulcator Oceani. Rex ille Persic⁹, Arabic⁹, Africus, Indic⁹,  
 Æthiopicus. Rex ille piētissimus atq; notissimus, mundorum



Et terrarum, quas cunq; Sol oriens, occidensq; videt, inuentor.

Qui ultra spumofum Indum, rapidū Gangē, nemorofā Iauam,

Indus, & Gāges extremāq; Malaccham victricia signa perduxerunt. Rex innocentissimus, sanctissimis moribus, fluuij orinetalis Indiae sunt.

Iaua est anthropophagorum orientalis insula. Malaccha Asiae regio orientem versus. Et praeclarissimis virtutibus illustrissimus, & generis humani gratissimus amor, Rex ille regum maximus, in cuius serenissimo vultu, & oculorū admirabili vigore quiddam sublime, conspicuum, venerabile, & regia maiestate dignum apparebat.

Qui concinnam, & elegantem corporis habitudinem, Heroicā pcceritatē, necnō generosissimi animi egregias dotes diuinitus sortitus erat. Qui nec Macedoni iure cesserat. Alexandro. Rex omnium quos terra sustinebat amplissimus, Christianissimus, integerrimus, patrieq; parens amantissimus, ad supremi regis solitē sedēsq; beatas, caelicolas Heroas, lucidissimūq; solis iubar visurus, ex hoc seculo tanquā ex temporario domicilio ad vitam aeternam commigravit. Cuius interitu condolere (cum perpetua & summa beatitudine, verisq; delitijs in gloria fruatur) magis inuidi quā amantis est. In regis tamen praecellentissimi desiderio, & omnium Christianorum tristissima solitudine affici dolore ingenui animi & generosi spiritus est. Tristitia facta, & lachrymabile funus vigilantissimi regis grauer lugere ac deplorare, gemitu, luctu, querimonijs & lamentis testificari mortales, humana patitur fragilitas. Abijt ad superos, ad sacratissimā omnipotentis aulam, ad palatia summa tonantis, nosq; reliquit Rex ille regum fulgentissimum sydus, veterum memorabile morum exemplum, quo nihil maius, nihil illustrius, nihil iustius, nihil man-

bil mansuetius, nihil benignius, nihil religiosius, nihil constantius,  
 nihil grauius nec antiquius inter mortales p̄ tot sæcula terra,  
 tulerat. Cui mors nimis properata iniuriam fecisse quoddammodo  
 videtur. Qui terras alias, alia maria, alios orbis, alia sydera,  
 tot sinus tot promontoria Optimo, maximo ducete Deo feliciter  
 inuenerat. Qui tot oppida munita, tot fudata scopulis, & altis-  
 simis rupib⁹ castella, tot littore Oceani maritimas vrbes, tot opu-  
 lenta regna, tot barbaros & indomitos reges, audaces Arabes,  
 temerarios Persas, pugnaces Garamatas, sagitti- Garamates, im-  
 feros Parthos, Anthropophagos & inhumanos In manes populi  
 dos, Mauros infidos, vapore solis adustos AEthio in Africa.  
 pas, Semiferos Arthabathitas, tot vagantes sine le Anthropopha-  
 ge populos, horribili vlulantes, atq; frementes mar gi qui humanis  
 te Turcas, pontiuagos ac furentes Pyratas, tot na vescuntur car-  
 tiones ferarum more viuentes, tot maris immania nibus.  
 monstra, tot denique portenta terrarum, ad que AEthiopia pars  
 omnia, ne velocis quidem fame præpetes euolauere Africæ torridæ  
 rant pennæ, sempiternis honoribus Rex vnice di zonæ subiecta.  
 gnus expugnauit, domuit, atq; profligauit. Nefan AEthiopes AE  
 dorum Idolatrarum sceleratam rabiem, Maume thiopeiæ populi  
 thicæ perfidiæ teterrimam pestem, veræ atque ca- varijs nomi-  
 thicæ religionis Christianæ propugnator sola ve bus dicti, quo-  
 narandi nominis maiestate, & animosi. perspicuo rum alteri ad O-  
 rtutis miraculo prosternebat, & ad verum cul riente alteri ad  
 tum sinceramq; fidem anxie restituebat. Cuius sin Occidete spec-  
 gulari beneficio, quæ in penitissimis, ac remotissi tant.  
 mis. Indie locis rerū Natura parēs occultauerat, Arthabathicæ  
 Soliuagi.  
 Pyrata qui i per  
 mare grasatur  
 portentū idem  
 est quod mon-  
 strum.  
 Idolatra qui dū  
 taxat imagines,  
 seu simulachra  
 veneratur.



in promiscuo sunt usu facta. Qui vere pacifici Salomonis, & strenui Græcorum ducis, quem populorum pastorem appellat poetarum princeps Homerus, vices gerebat in terris. Subiectis parcebat, supplicibus consulebat, insolentes, atq; superbos prospere debellabat, iustissimas, necnon sanctissimas leges populis ex æquo ferebat, ad nocendum mansuetissimus agnus, aduersus ea, quæ pietati essent aduersa, rugiens Leo. Cuius omnia cõsilia, studia, conatus huc tendebant, vt eos vnus amor, & communis iungeret concordia, quos communis etiam fides copulabat. Hoc, vt Ecclesia suis atq; pprijs dotib<sup>9</sup> effloresceret, noctes atq; dies pro virili parte moliebatur. Pulcherrimũ profecto mun<sup>9</sup>, & tali tantog, principe dignum, cui prouidentissimũ, ac mitissimum ingenium cœlitus a Deo datum erat. Inter eruditissimos proceres, eloquentiæ & literarum antistites, sacræq; Philosophiæ candidatos, & antiquitatum exequentissimos, veluti in Musarum gremio educatus fuerat. Sic regnavit, sic vixit, sic festam tranquillitatem, lenitatem, & charitatem secutus, de Christiana religione benemeritus, infandos bellorum tumultus inter filios pacis abominatus, contra impios sanctæ religionis hostes duntaxat armata manu, & ultore gladio insurgens, gloriose triumphauit. Vitam inculpata, & sine vlla sinistri rumoris macula aspersã, ad extremum vsq; diem, vt prudentissimum Monarcham decebat, egit. Quo regnate rebus humanis nouum quoddã ver affluebat, & aurea Saturni tempora mundo esse reddita videbantur. Colebantur agri, vernabant horti, lætæ pascebantur pecudès, edificabantur ville, extruebantur oppida, instaurabantur collapsa, ornabantur & augebantur extructa, honestæ crescebant opes, diuinã atq; humane

humanae vigeant leges. Reipublicae disciplina elucebat, sancta pollebat religio; honesta florebant studia, adductus undi q; doctissimis viris ad hoc munus. Pauperum melior status, splendidior opulentia diuitum. Erudiebatur iuventus, tranquillo fruebatur ocio senes, in pretio erant opificum artes. Ex felice Arabia, ex diuite India & Persia, alijsq; peregrinis mundi partibus, ad hominum varios usus necessariae merces frequenter asportabatur. Validis biremibus, turritisq; nauibus facilis cursus, ac recursus erat. Cuius immortalia, & memoranda facinora, egregias laudes, insignes victorias, gloriosissimosq; triumphos, necnon lamentabilem discessum pro mea tenuitate describere tentarem, indignus qui tuorum annumerarer turbae. Nisi ornatissimos viros Iacobum Tevium & Hieronymum Osorium, ingenij duo luminaria, auspicijs tuis fortissimorum Lusitaniae regum gloriosae memoriae, & celebritatis studiosissimos e tot, tantisque trophaeis multascripsisse, & scripturos esse animaduertere. Quorum obscuram diligentiam aliorum assiduis curis praeferenda existimo. Ego tamen sub eorum correctione (si modo tua celsitudo ferat) in tuae spem gratiae, ingenij mei (quod alias mediocre mihi a Natura datuerat,) ieruos pro mea virilicontedam, nam me laboresq; meos non omnino aspernatur docti, licet Musas a lumine, ut est in puerbio, salutari. Sed mea non probo, homo enim sum, & haec ob paupertatem succisuius temporibus longioris vitae praemio contentus furtim curare soleo.

Tamen de Christiana republica benemeritam, quamvis optimus ille mundi, rerumq; omnium fabricator Deus in altissimo generis humani fastigio collocauerit, me aliquando respice, & ad haec carmina tua, tuorumq; gloriosae immortalitati a me in hac mea



sterili professione euigilata, regios oculos conuertere non sit oro  
 inolestum. In quibus saltem incredibilis amoris erga tuam su-  
 blimitatem, & splendorem, argumentum aperte cognosces, atq;  
 uidebis. Ad institutionem, aut in aliquam saltem institutionis  
 partem clarissimi Sebastiani tui dilectissimi nepotis (Quem cœ-  
 litus à Deo maximo ex æthereis demissum sedibus, dubijs & ad-  
 fluctis rebus auxiliaturū, & in miserrima totius regni tristitia  
 & anxietate, secundioris fortunæ spem allaturum esse omnibus  
 compertum est,) si forte (quod futurum non auguror) mea opera  
 & industria, aut dicendi mediocri facultate, (quæ ab amicis nō  
 nunquam probatur) opus sit, (& si ponderi ferendo non sim ap-  
 tus) tua sublimitate iubente, non demorabor, ut qui Grauius  
 ab antiqua Græcorum origine natus appellor, magister atq; poe-  
 ta regius aliquo modo dicar. Qui tam accurate nobilissimi atq;  
 beneficentissimi regis mōr tē defleuerim, tristissimosq; animi tui  
 sine fine dolentis affectus expresserim, & si veteres & obductas  
 Resicare cicatri aliquo tēporis iteruallo cicatrices (si refricari ētur)  
 cē, pro eo quod in noua vulnera redituras esse, cum hæc scriberem  
 est doloremtem porum spatio le nō dubitabā. Quod si fiat, non me tanti regis ob-  
 nitū renouare. sequijs parum profutarum autumo. Qui, qui  
 Sumpta Metha bus moribus, & quo genere natus sim in uultis,  
 phora à corpo- sed præcipue ex illis duobus Hispaniensium lati  
 rali vulnere, norum principibus (à me supra memoratis) quos  
 quod iam coit cicatrice, obdu- tue sublimitati commendatos esse uelim, facid  
 ctum. sces. Interea tamen omnium prorsus celeberrima regina, cui dare  
 grandia, & uirtutis amatores muneribus afficere dulcissimū est,  
 mæ temeritati & audaciæ ueniam dare digneris, quam ego ma-  
 genue





AD SERENISSIMAM PORTV  
 galliæ, & Algarbiorum Reginam Cathari-  
 nam, cuiusdam Vlyssipponensis poetæ sup-  
 plicatio, ne ad proprios lares Cadaba-  
 lem Grauium Calydonium re-  
 meare patiatur.


**C** Vr Regina potens Grauium permit tis abire?  
 Qui regis funus, famâq; decusq; perenne,  
 Egregias laudes, horrentia bella, triumphos,  
 Cœlestesq; domos, habitataq; regna beatis,  
 Æquora cum scopulis, montes, fluuiosq; lacusq;  
 Prælia ventorum, motosq; ad sidera fluctus.  
 Infernas sedes, Barathrum, manesq; profundos.  
 Diluuium, atq; hominum tristissima facta, furentiâ  
 Hippothalassorum rabiem, Nymphasq; Deosq;  
 Quos fert unda maris, serpentum sibila, rictus.  
 Sethidenq; pium, gnatosq; nurusq; pauentes,  
 Atq; thori charam sociam, molemq; vagantem  
 Austris, atq; orbum miseris animalibus orbem.  
 In pisces odium, pontiq; immania monstra,  
 Lysiadum celebrem stirpem, vexilla, trophæa,  
 Quiq; tuos luctus, planctus, gemitusq; dolentis  
 Descripsit calamo, breuiterq; insculpsit adunguem  
 Orat Vlyssippo, Proceres, iuuenesq; senesq;  
 Vt Grauium teneat cygnum, quam condidit olim  
 Littus ad Oceani Acropolis, facundus Vlysses.

Hippoth.  
 i. Marino-  
 rum equo-  
 rum.  
 Seth. i. No-  
 am. Patro-  
 nymicum  
 longe repe-  
 titum.  
 Austris .i.  
 ventis. Spe-  
 ciè pro ge-  
 nere posuit



IN OBITVM ET APOTHEOSIN

sim præcellentiſſimi atq; inuictiſſimi Ioannis  
tertij Luſitaniae, & Algarbiorum Regis,  
citra et vltra mare, Dominiq; Guineæ,  
Perſici, Africi, Æthiopici, Indici,  
Arabici, Cadabalis Granij  
Calydonij ſunebre  
carmen.



VG E AT heu tellus, dôleat quoq; pō  
tus & ær.

Horrêtes vmbraſ mittat vterq; po  
lus.

Percutiant imas rutilantia fulmina valles;

Altaq; piſcoſiſ ſtagna reſuſa vadis.

Contra naturam ſuam, altiſſimi namq; montes, arces & templa  
plêrunque fulminibus inſeſtantur. Senc. Altos feriūt fulmina  
montes. Vnde montes in Epiro dicuntur Acroceraunia.

Præcipiteſq; ruant turres, & regia recta,

Et frondæ arbor non gerat ipſa ſuaſ.

Vinea non mites producat palmitè botroſ,

Ruſ nec purpureaſ fundat vt ante roſaſ.

Nec ſint curæ apibus poſt hac redolentia mella,

Deſtuant ramaſ aurea poma ſuaſ.

Ex incredi  
bili dolore  
animi hæ  
proficiſ-  
cuntur im  
pationeſ.  
Telluſ. i. o  
mneſ quos  
ſubſtinet  
ipſa telluſ.  
Cōtinèſ p  
contento.  
Po. Arcti-  
cuſ & An-  
tarticuſ.  
ubi nocteſ  
ſiue crepuſ-  
cula ſpatio  
ſex menſiū  
continuan  
tur.

B 2

Non

i. oia præ  
postero fi-  
at ordine.

*Non cythiso capra, ceruus nec gaudeat vnda,*

*Nec tyria rubeat murice lana bibax.*

*Decurrantq; super lapidosos flumina montes,*

*Atq; trahant cerui per iuga summa canes.*

*Effugiant Aquile timidæ volitante columbas*

*Penna, montanos gignat & Orca lupos.*

*Turbida per cælum rapiantur nubili vento,*

*Obscuris condat Sol radios tenebris.*

*Lunaq; nigrescat, frangantur robor, Pisces*

*Per nemora insultent, mugiat omne solum.*

*Antraq; tristifico reboent montana fraore,*

*Altus Athos Pindum, Pelion Ossa ferat.*

*Ensiser Orion nimbos perfundat, & æquor*

*Horreat, & mundo sit tremor, atq; chaos.*

Ensiser Orion, &c. Orion ab aquarum inundatione dicitur apud Græcos, quod eius tempore ortum habeat hyems, & mare ac terras tempestatibus turber. Latini eum iugulam vocant, quod sit vt gladius stellarum fulgore terribilis, qui si fulgeat serenitatem, si obscuretur, tempestatem portendit. Hic venator fuit, dumq; cum Diana concubere veller, eius sagittis secundum Horatium, secundum vero Lucanum ab indignata Tellure (quod se nullam feram relicturum minaretur) immisso Scorpione perijt. Sed verisimilius est ab Scorpione interemptum, quo oriente occidit. A Ioue ob singularem, & egregiam virtutem inter alia relatus est. Habet autem has ~~stellas~~ in capitibus tres, sed cæteris splendidior media est, in singulis numeris singulas claras, in dextero cubito unam obscuram, in eadem manu unam, in Zona tres; in gladio quem manu tenet tres, singulas in singulis genibus. Et quia sua magnitudine pluribus oritur diebus, incerta eius tempestas est. Ad quod Vergilius alludens dixit. Cū subito assurgens fluctu nimbosus Orion, inuada cæca tulit.

*Hal*



*Halcyonesq; suum memores Ceyca per auras  
 Deplorent, querulos voce sonante modos.  
 In caput ipse Tagus, fulvas qui versat arenas,  
 In mare voluat iter, littora rauca sonent.  
 Inferiora timens se curuus in æthera Delphin  
 Attollat, latices inficiatq; cruor.*

Auri feri  
 fluij sunt  
 Tagus, Her  
 mus, Idaf  
 pus, Pacto  
 lus, Arimas  
 pus, Duri  
 us, Minius,  
 Silius, In  
 dus, & Gan  
 ges.

Delphines ante tempestatis exitum subter undas ventorum  
 iniuria affecti, saliant cateruatim in sublime, atq; sese pertu  
 mentes iactant fluctus. Tempesta enim ab ima profundi, ma  
 ris parte initium habet, flantibus primum per subterraneas co  
 cauitates ventis, quod hic significat autor.

*Luctifonos cygni morituri ad prata Caystri,  
 Ingeminent cantus, & sit vbiq; dolor.*

Cygnæ cantio, uel cantilena refertur inter Græciana prouer  
 bia. Notatur & ab AEliaño in opere de naturis animalium, pro  
 uerbij vice. Conuenit in eos, qui supremo vitæ tempore facun  
 de disserunt, aut extrema senectâ suauiloquentius scribunt,  
 idq; fere accidere solet scriptoribus, ut postrema quæq; mini  
 me sint acerba, maximeq; mellita, uidelicet per ætatem matu  
 rescen te eloquentia, simul cum eruditione. Porro cygnos in  
 stante morte mirandos quosdam cantus ædere, tam omnium  
 literis, frequentissime celebratum, quam nulli vel compertum,  
 uel creditum. AEliañus addit cygnos non canere, nisi flante  
 Zephira, quem Latini Fauon ium appellant. Martialis.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,  
 Cantator cygnus funeris ipse sui.

*Non thymbra pascantur apes, nec rore cicadæ,  
 Herbida nec carpant pabula quadrupedes;  
 Garrula proclamet veteri de robore cornix,  
 Aristius & solito noctua luce fleat.  
 Phœnifer Phœnix nido moriatur, & ignem  
 Laurus amet, refluus amnibus æra natent.*

Cicadæ, te  
 ste Plinio,  
 rore dun  
 taxat uiuunt  
 quem inuo  
 latu red  
 dunt.  
 Garrula,  
 Vergi. Sæ  
 pe sinistra  
 caua prædi  
 citab ilice  
 cornix.

De Phœni  
ce lege Pli  
nium lib. x  
cap. ij, per  
rotum.

Laurus A-  
pollini sa-  
cra, ignib<sup>9</sup>  
inimica, e-  
osq; mani-  
festo crepi-  
tu quodam  
detestatur,  
qua prop-  
ter ex arbo-  
ribus fulmi-  
ne non ici-  
tur. De cu-  
ius dignita-  
te lege Pli-  
lib. xv. cap.  
xxx. et vlti-  
mo.

Lupiq;  
per urbes.  
Alludit ad  
p̄digia que  
ante Iulij  
Cæsa. cædē  
visa sun t.  
Syrmata,  
ralares sūt  
vestes. Pe-  
pli fræmina  
rū indumē  
ra.

Sintra op-  
pidū cū cæ-  
tello super  
altissimas  
rupēs impo-

*Exululent parræ, lyncesq; lupiq; per urbes,  
Impete ventorum culmina celsa tremant.  
Et Philomela querens renouet miserabile carmen,  
Qua patet auriferi ripa benigna Tagi.  
Dilacerentq; senes manibus sua syrmata, peplos  
Fæmina diffusis sanguinolenta comis.  
Inq; suos redeant fontes verso ordine lymphæ,  
Territet immanes coclea parua feræ.  
Atq; super Sintram feræli murmure bubo  
Intonet horrendum, vultur & ore fremat.  
Deuoluant platanos nemorosa cacumina flantes:  
Cum Zephyro Boreas, Euris, & Auster humo.  
Extensio crepitet per tecta ciconia rostro,  
Rupta sepulchrali ferueat Æthna rogo.  
Strymoniaq; grues volitantes Ibyce funus,  
Raucifono prodant gutture triste tuum.  
Ibycus poeta quidam, cum in latrones incidisset iam occiden-  
dus, grues forte superuolantes obtestatus est. Aliquanto post  
tempore, cum ijdem latrones in foro sederent, rursumq; grues  
superuolarent per iocum inter se susurrabant in aurem, ad  
Ibyci ultores, eum sermonem assidentes in suspicionem rapue-  
runt, rogatiq; quid nam sibi vellet ea oratio, hæsitanter atq; in-  
constantè responderunt, subjecti tormentis facinus confessi  
sunt: Atq; ita velut gruū indicio pœnas Ibyce dederunt, at po-  
tius suo ipsorum indicio, ut dicitur, perierunt.*

*Ingentes elephas sufflante proboscide truncos  
Iactet, & informi proterat arua pede.  
Aeria nullos dispergat turre corymbos  
Ut quondam smilax fronde tegantur aues.*

Et re-



*Et referat miseris luctus, gemitusq; dolentum.  
Montibus, atq; cauis Nympha sonora locis.*

Nympha sonora. Echo, hoc est vocis repercussio. Fit præcipue in conuallibus, & concaueratis locis, vbi scinditur res ultas aer, & acceptæ voces numerosiore repercussu multiplicatur. Quæ quoniam non est vagandi liberrimus campus, ut Plinius scribit, obiectu reflectuntur.

*Poleant reges casus, tristesq; ruinas,  
Mollescant lapides, duraq; saxa simul.  
Pullati resonent Proceres monumenta doloris,  
Illachrymet populus, cætera turba gemat.*

*HEu terras liquit clarissimus ille Ioannes,  
Lusitanorum rexq; Paterq; bonus.  
Discessit nostro spes constantissima saclo,  
Integritas morum, nõ violata fides.  
Scilicet horrendæ ruperunt stamina Parca.  
Magnanimi regis, qui decus orbis erat.  
Vix undena pius compleerat lustra, repente  
Ex oculis rapuit mors properata nimis.  
Occidit Hesperie lumen, fulgorq; vigorq;  
Iustitiæ, & sanctæ religionis honor.  
Occubuit cuius placida diadema refulsit,  
Fronte, & qui leges, æquaq; iura dabat.  
Regia progenies, virtutis & inclita virtus  
Per sublime volans, tendit ad Empyreum.*

sito, distat ab Vlyssipone viginti miliaribus.

Vno carmine quatuor cardinales vèri comprehenduntur ab auctiore.

Æthna è Sicilia mōs perpetuis flagrans ignibus.

Strimon. Thraciæ flu. grui-bus abudis

Proh iacet exanimis regum celeberrimus ille  
Dux, cui terra libens paruit, atq; fretum.

Heu obijt fidei custos, templiq; columna  
Ærea, cui tellus cecidit, & Oceanus.

Fortis erat bello, festæ quoq; tempore pacis,  
Augustus Caesar qualis & ipse fuit.

Lusitanorum princeps, & ductor in altos  
Concessit cœlos, sydereasq; domos.

Humani generis superas migravit ad oras  
Dulcis amor, felix quem peperit Maria.

Qui Æthiopas, Seres, Mauros, Turcasq; refregit,  
Inq; fugam vertit, non sine laude tamen.

Notus in orbe fuit, pietate animosus & armis,  
Magnus quem nobis Emanuel genuit.

Qui domuit gentes, Ganges quas abluuit undis,  
Indos & Persas vicerat, atq; Arabas.

Fortis Alexandri longe lateq; reliquit,  
Atergo metas, difficilesq; vias.

Inuenit positos Cancri sub sydere mundos,  
Et quos nunc populos torrida Zona cremat

Qui Zapphi pugnando recepit, & Azamor olim.  
Proq; fide Christi prælia sæua tulit.

Qui vario victor celebrès ex hoste triumphos  
Duxerat, & Nomadum regna superba domat.

Ante pedes iacuit Libye Libyesq; Tyranni,  
Non timuit fluctus, nec fera monstra maris.

Tunc

Alias. Mag  
n<sup>o</sup> Vlysi-  
p  
ponigena-  
rū ductor  
i altos, &c.  
Alexander  
cognomi-  
ne magnus  
(Quē orbis  
domitorē  
appellant)  
ultra Gan-  
gē nō pro-  
gressus est.  
Inuictissi-  
mus vero  
Rex Ema-  
nuel longi-  
us pcesit.  
Zapphi. ac  
cē. in pen-  
& Azamor  
Africae sūt  
oppida, ab  
Regis Ema-  
nuelis duci-  
bus feliciter  
expugna-  
ta.  
Nomades  
Africae po.

Tunc primum Nereus celeres miratus euntes  
 Naues, obstupuit, delituitq; procul.  
 Pontinagi metuere Dei, Tritonq; canorus  
 Glaucus, & Ægeon gurgitis ima petunt.  
 Pertimuit Thetys; Nymphæ expauere biremes  
 Æquora sulcantes, tensaq; vela noto.  
 Dorida cum gnatis, tumidaq; Palemona nantem,  
 Terruit incautum Martia classis aqua.  
 Mox redit in puteos visis Melicerta profundos  
 Puppibus, & Phorco mens animusq; cadit.  
 Ecce senex Proteus monstrorum rector in omnes  
 Se mutat species, præq; timore silet.  
 Fit leo, fit tygris, bonasus, basiliscus & arbor,  
 Terribilisq; draco, qui modo pastor erat.  
 Neptunus pelagi se pulsum sedibus esse  
 Confessus, regi tradidit imperium.  
 Vincimur heu inquit, video, sceptrumq; remitto,  
 Omnia perdidimus, regia nostra iacet.  
 Syrtibus imposuit victor victricia signa,  
 Præbuit & victas India victa manus.  
 Quas genitor terras, populosq; Oriente subegit,  
 Rex paribus tenuit prouidus auspicijs.  
 Non minor est forti, q̄ vincere parta tueri  
 Gratia, qua propter par fit vtrumq; decus.  
 Iam Superos adiit, regnumq; solumq; reliquit  
 Rex regum splendor, sed meliora tenet.

Triton ma-  
 rinus Deus  
 Neptuni  
 tubicen.

Idē est Pa-  
 læmō, qui  
 Melicerta.

Prote<sup>o</sup> Ne-  
 ptu. pastor  
 incola Pal-  
 len. qui in  
 varias figu-  
 ras verte-  
 batur. Le-  
 ge Vergi.  
 4. Georg.  
 atq; Home-  
 rū Iliades  
 primo lib.  
 Bonasus. a  
 lio noīe bi-  
 son appel-  
 latur. Bos  
 ē syluester  
 iubatus in  
 Hercynia  
 sylua. Leg.  
 Pli. lib. 8.  
 Regis Ioā-  
 nis Apothe-  
 osis.



Stellarum  
motus, a  
multis tri-  
plex dici-  
tur. f. ppi-  
us, raptus.  
ac trepida-  
tionis.  
A nonnullis  
duplex .f.  
proprius i  
Oriētem,  
raptus ue-  
ro in Occi-  
dentem.  
Hic de mo-  
turapto lo-  
quitur au-  
thor.  
Sirius pri-  
Lon. vnde  
Siriacum.  
Verg. Tū  
steriles exu-  
rere Sirius  
agros.  
Aliasmari.  
Mox, pro-  
deinde.  
Plin. lib. 17  
cap. 12. In  
nostro or-  
be p̄xime  
laudatur Si-  
riacū nar-  
dum, mox  
Gallicum.  
Sine fecē. i.  
clarū, & si-  
ne obfusca-  
tione, quia  
sup̄ nubes.

Deseruit terras cœlesti dignus honore,  
Astriferumq; polum iam subit irradians.  
Iam subit & penetrat nonum decimumq; resurgens  
Orbem, iamq; micat vertice perspicuo.  
Omnia luminibus tacitis miracula rerum  
Lustrat, & intentus singula quæq; notat.  
Et patris ad solium vastum miratur Olympum,  
Lætus & inter auos carmina dia canit.  
Sub pedibus Lunam, Solem, cœlosq; sonantes  
Prospicit: & retro sydera cuncta trahi.  
Mercurium, Venerem, Martemq; Iouemq; benignū,  
Saturnumq; grauem motibus ire vagis.  
Et gelidas Arctos, Hyadas, Pegasusq; volucrem,  
Pleiadas, Cygnum, Niliacamq; Lyræ.  
Coruum, Angues, Hædos, Ariadnes luce coronam  
Conspiciam, Anticanem, Siriicumq; iubar.  
Craterem, Arcturum, Leporem, Delphina, Canopū,  
Argoa, quæ Heroas vexerat ante salo.  
Zodiacum cernit, Zonas, Sarraca, Booten,  
Signaq; & Eoas occiduasq; plagas.  
Spectat vtrumq; polum medius, tropicosq; serenos  
Ægoceri, & Cancri, mox sine fece diem.  
Cœlestesq; uices, positasq; sub ordine stellas,  
Vnde fluunt imis omnia nata locis.  
Deniq; nil toto cœlo latet undiq; regem,  
Quem modo Vlyssippo detinuit g remio.

Quonia

**Q**uoniam hic de septem erraticis stellis, videlicet, Saturno, Ioue, Marte, Sole, Venere, Mercurio, Lunaq; facta mentio est. Quædã in vniuersum de illis dicere non erit ab opere alienum. Eaq; nonnullis studiosis vtilia fore haud dubium est.

Platonici metallis planetas comparant. Tribuunt enim Saturno plumbum, Ioui helestrum, Marti ferrum, Soli aurum, Veneri Orichalcum, Mercurio stannum, argentum Lunæ, Vnde qui de metallorum Metamorphosi scribunt, plumbum Saturnum, stannum Iouem, ferrum Martem, aurum Solem, æs Venerem, viuum argentum Mercurium, argentum Lunam nuncupât.

Arabes soli cerebrum, & cor adscribunt, Lunæ stomachum, Saturno splenem, hepar Ioui, sanguinem Marti, Veneri renes, & genitale semen, Mercurio linguam, & os. Color Saturno candidus, Ioui clarus, quod inter stellæ superioris rigorem, ardoremq; inferioris modius feratur, Marti igneus, Lucifero candens, Vesperis refulgens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli quum oritur ardens, postea vero radians.

Saturni Martisq; stellæ perniciosæ dicuntur, Iouis ac Veneris salutare, vtri usq; naturæ Sol, Mercurius, Luna. A planetis homini septem munera tribuuntur. Contemplationis donum Saturnus ministrat, imperandi potentiam Iuppiter, magnitudinem animi Mars, sensum opinionisq; claritatem Sol, amorem inspirat Venus, pronuntiandi & interpretandi solertiam Mercurius adiuuat, generationis officium Luna.

Errantes stellæ quotidie cû mundo vertuntur ab ortu in occasum, præter quem motum alium habent aduersum huic per duodecim signa, quem Saturnus perficit annis triginta, Iuppiter duodecim, Mars duobus, Sol, Venus, Mercurius singulis, Luna mense. Id vnum constat & Solem & Lunam incredibili celeritate intra quatuor & viginti horas terram ambire, ac motu contrario Solem anno, mense Lunam signorum Zonam percurrere, quod oculis nostris videmus.

Sol ab oriente in occidentem celerrime rapitur aëretro æquinoctio, tardissime vero solstitio, brumaq;. Quanto enim stellæ polis viciniores sunt, tanto tardius mundi circuitu feruntur.

#### De Veneris stella.

**L**ucifer quum ante solem oritur dicitur stella Iouis siue Phosphorus. Quum vero sequitur solem dicitur Veneris stella siue Hesperus, Vesper & Vesperugo, Sed quod antecedere Solem, & post occasum sequi videatur, quocumq; Horizonte, maior octauæ orbis circulus in quo Lucifer est, longitudo siue distantia sunt in causa.

Tres in mundo globi sunt omnibus gentibus conspicui, Sol, Luna, terra. Sol distinguit tempora, Luna ducit aquas, Terra continet mortaliū genus, & reliqua omnia.

Arctos, vrsam maiorem Helicem Calisthoq; distantem Lycaonis Arcadiæ regis filiam, Minorem Cynosuram ex Iouis nutricibus vnam. Quarum maior. 21.



minor uero .7. constat stellis. Hyades stellę quinque, secundum Higini-  
um septem in capite Tauri, ita dictę quod nõ sine pluuia exoriantur, Easde  
Plinius Succulas appellat his uerbis, Qualiter in Succulis sentimus accidere,  
quas Gręci ob id pluuio nomine Hyadas appellant. Circa Cygnum in  
cælo in siderum configuratione est alatus equus, quem Pegasus uocant.  
Hunc Quidius e sanguine, qui ab exciso Medusę capite defluxit, genitum  
esse ait in Faustis. Creditur hic cęse grauido ceruice Medusę, sanguine res-  
perlis profluisse comis. Eundem & uolucrum fuisse testatur. Huic supra  
nubes, & subter sydera lapsa, Cælum pro terra, pro pede penna fuit. Idem  
quod inter sydera relatus sit etiam docet. Nunc fruitur cælo quod pennis  
ante petebat, Et nitidis stellis quinque, decemque, micat Pleiades stellę  
septem sunt in dorso Tauri, septimam tamen uix cernimus. Nomen habent  
Gręce a nauigando, quod ortu suo nauigationis tempus ostendant.  
Hę uerno tempore oriuntur, occiduntque autumnno. Uocantur & Atlantes,  
quod septem Atlantidis filię sunt, inter quas est Maia Mercurij mater. Vergilię  
quoque uocantur sunt, quod uere oriuntur, ut dictum est,  
Lyra ultra notam significationem est cęleste signum. Varro lib. 2. de Re ru-  
stica. cap. 5. Hoc secundum alii exortum facito: quod Gręci uocant Lyra.  
Fidem nostri. Lyra occidit quarto Nonas Februarij, uel certe Calendis Fe-  
bruarij, idque noctu, teste Higino, quando occidunt terga Leonis. Quidius. 3.  
Fasto. Illa nocte aliquis tollens ad sydera uultum dicet, Vbi est hodie, que  
Lyra fulsitheri? Qui poeticam Astrologiam scripserunt, uolunt hęc  
Lyram esse a Mercurio primum inuentam in Cyllene Arcadię monte. Secũ-  
dum alios in Nili ripis ex concamerato inuersę testudinis cortice quiddam  
uentis dulce sonante, & ab eo Apollini donatam, Apollinem autem inuenta  
cythara Orpheo Lyram concessisse, mortuo autem Orpheo, a Musis in cæ-  
lo collocatam. Alij dicunt esse Lyram Arionis cytharędi, qui floruit tempo-  
re Periandri Corinthiaci tyranni, & fuit omnium cytharitarum primus.  
Coruus cum Angue & Cratere Australi inter sidera effigiatus est. Angues  
in cælo, ut perhibent Astrologitres. Unus in septentrione inter duas urfas  
Alter Ophiuchi, hoc est serpentarij, Tertius Australis, in quo sunt Crater &  
Corpus. Hęc di, sunt stellę duę in Aurigę, uel Erichonij manu, nõ  
longe a plaga Septentrionali. Hi ortu suo & occasu magnas eient tempesta-  
tes, Oriuntur quinto Calen. Octo. & pridie Nonas eiusdem mensis,  
Quum Liber pater Ariadnam Minois regis Crętę filiam duceret uxorę. V-  
canus, aut secundum Higiniũ, Venus coronam nouem gemmis decoratã-  
eidem primum manus obtulit, quę postea ab ipso libero inter sydera effigia-  
te est. Constat hęc nouem in rotũdo dispositis stellis, sed ex his tres clarius  
ceteris lucent. Anticanis siue Procyon, Canis minor est, sic nomi-  
natus.



natus, quod ante canē oriatur. Cicero. Anticanē Procyon Graio qui nōmine fertur.

Siriacum iubar id est Sirij splendorem, est enim Sirius ingens sidus in ore maioris canis, unde & Canicula dici consuevit. Cernitur in speculo etiam meridie imposito aquis contra Solem. Hæc stella, quam horis matutinis exoritur Solis calorem mire adauget, de cuius vi multa Plinius refert.

Craterem. Crater & coruus sunt super Australē anguem, vt dictum est. Arcturus stella magna est inter Bootæ pedes. Hanc vræ caudam pro uocis ratione dixeris.

Leporem habet Orion sub pedibus, sic appellatus, quod ex vrina Iouis, Neptuni, ac Mercurij sit genitus.

Delphinus quoq; est cæleste signum. Varro. 2. de Re rust. cap. 5. Maxime idoneum tempus ad concipiendum a Delphini exortu, usq; ad dies quadraginta, & paulo plus. Lege M. Manilium, ac Higinum, de siderū configuratio ne.

Canopus, sidus est in summo Argus gubernaculo inter Austrina sidera.

Argo generis fœminini, prima nauis fuisse creditur, qua Iasō una cū flore iuuentutis Græciæ, in Colchida nauigauit, uellusq; aureū a Me dea adiutus, in Græciam reportauit. Ex hac Heroes, qui cum Iasone Colchos profecti, sunt. Argonautæ dicti fuerunt, amplius numero quinquaginta, ex quibus præcipui Castor & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, Hylas, Calais, Zetes. De his Orpheus lib. 1. & Appollonius in horum Catal. & Iacchus in Argonaut.

Argo hic capitur pro cælesti signo inter Austrina sidera posito, quod etiam nauis appellatur. Oritur Pridie Martias Idus.

Zodiacus siue signifer, est uia septem stellarum errantium, vel sub quo septem stellæ feruntur errantes.

Partes signiferi sunt duodecim signa, uide licet. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornius, Aquarius, Pisces.

Quorum Aries, Taurus, Gemini uerno tempori adscribuntur, Cancer, Leo, Virgo æstati, Libra, Scorpio, Sagittarius autumno, Capricornius, Aquarius, atq; Pisces hyemi.

Zonæ spatia sunt inter circulos minores comprehensa. Sunt autem quinque, frigida duæ sub uerticibus, totidemq; temperata, & media torrida sub signifero.

Sarraca. i. Septentriones hoc est. vii. stellæ, quarum duæ quæ pariles videntur pro bobus habentur. Reliquæ uero quinque, a similitudine, plaustrum appellantur.

Bootes, idem qui Arctophylax. subsequitur maiorem ursam, hoc est matrem Calistho. Arcas enim fuerat ante.

Poli mundi vel sphaeræ duo sunt. Arcticus & Antarcticus, siue Austrinus, in quibus imaginarij axis uoluntur extremitates.

Tropici duo, Canceri & Capricornij. Tropicus Canceri, qui æstiuus & æquinoctialis uocatur.

Capricornij, qui hybernus, & brumalis. Tropici extremas metas Solis comprehendunt.

Ægoceros Græce, Latine Capricornius. Cælestes uices. i. cælorum motus et cursus. Vnde fluunt, &c. Omnia quæ generantur in

mari, terraq; proueniunt ex influentia cælesti & seminalibus virtutibus, existentibus terra mariq; tam late supinis, & genitales causas accipientibus quasi intra gremium ex sublimi. Machinaq; inferior superioribus (teste Philosopho) lationibus regitur, necnon gubernatur.

Desuper. i.

ex altissimi  
mo cæli  
uertice.

*In tres diuisum partes circumspicit orbem,*

*Europen, Asiam, desuper & Libyam.*

Cærulea .s.  
maria cæ-  
rulei colo-

*Montes, & syluas, fluuios, camposq; patentes,*

*Cerulea cum scopulis, inuia lustra, lacus.*

ris.

**T**erram mari non opertam in tres diuidimus partes Europam, Asiam, Aphricam. Europa vergit ad occidentem, Asia ad orientem, Aphrica vero ad meridiem. In Europa regiones præcipuæ sunt, Britannia, Hispania, Gallia, Germania, Rhetia, Vindelicia, Noricum, Pannonia, Illyria, Dalmatia, Italia, Cyrenus siue Corsica, Sardinia, Sicilia, Sarmatia Europæa, Taurica, Chersonesus, Macedonia, Epirus, Achaia, Peloponesus, Euboia, Creta, quam nunc Candiam appellamus.

In Asia Pontus, Bithinia, Phrygia, Lycia, Galatia, Paphlagonia, Pamphylia, Cappadocia, Armenia minor, Cilicia, Sarmatia Asiatica, Colchis, Iberia, Albania, Armenia maior, Cyprus, Syria, Phœnicia, Palestina, Iudæa, Arabia, Mesopotamia, ita dicta, quod inter Tygrim & Euphratem constituta sit, Babylonia, Assyria, Media, Persia, Parthia, Carmania, Margiana, Scythia, Aria, Arachosia, Gedrosia, India, Taprobana.

In Aphrica, quæ Libya olim dicebatur, Mauritania, Numidia, Aphrica proprie dicta, in qua Carthago è regione Siciliæ, Cyrenaica, Aethiopia. Aphricam vocant quasi sine horrore, vel frigore. In hac celebratissimus ille Nilus, quem ex Lunæ montibus ortum esse diximus in Cataclysmo.

*Quumq; Tagi ad ripas oculos conuerteret vltro,*

*Mœnia respiciens, Acropolimq; suam.*

*Reginam misero rumpentem viscera planctu,*

*Et fratrem Henricum, cumq; Nepote Nurum.*

*Magnatesq; alios fidißima pectora flentes,*

*Germanamq; suam vidit ab arce poli.*

Ordo est

Ordo est. Ioānes qui paulo ante discesserat ex ima mūdi ualle, uidit. i. descendit ex altissima cæli parte, fratrem Henricum. s. Cardinalem prudentissimum Lusitaniæ, circa diuina & humana, moderatorem. Nurum. s. Ioannam Caroli Cæsaris filiam, regis Sebastiani matrem. Cum nepote. s. rege Sebastiano. Magnatesq; alios flentes. i. Proceres illachrymantes, appositio fidissima pectora. i. constantes animos habentes. Germanamq; suam. i. principem Mariam.

*Ad quos hæc, frater, coniux Catharina valete,*

*Sit modus in fletu, non opus est lachrymis.*

*Nam meliora tenent post mortem regna, fruorq;*

*Veris delitijs, cum genitore meo.*

*Filius atq; me us nuper florente iuuenta*

*Raptus, me sequitur, me colit atq; fouet.*

*Diuaq; me pariter genitrix comitatur, & ipsa*

*Filia, Germani, Cæsaris vxor, aui.*

Cum genitore meo. s. Emanuele rege. Filius. s. Ioānes princeps, regis Sebastiani pater. Genitrix. s. regina Maria. Filia. s. princeps Maria, Philippi Hispaniæ regis vxor, Caroli principis mater. Germani, Ludovicus, Fernandus, Alfonsus Cardinalis, Eduardus, Isabella Caroli Cæsaris coniux, regisq; Philippi mater. Aui. i. omnes maiores ab Alphonso rege primo Lusitaniæ.

*Præterea regum multorum concio sancta*

*Occupat hanc sedem, que mihi semper adest.*

*Hic requies anima, requies hic certa laborum,*

*Vitaq; quam interris viximus, vmbra fuit.*

*Tu venerande Nepos, animo charissime nostro,*

*Vine Deo, & sceptri sit tibi cura tui.*

*Et puer, & quando veniet robustior ætas,*

*Regina nostra coniugis esto memor.*

Clarissim.  
Reg. Seba.  
nepoti pietatem, iustitiã, regi.  
Catharinã  
& dilectis.  
fratrem  
Henricum  
cõmendat



Utq; ego dilexi, sic tu sapienter amato,  
 Præq; tuis oculis numinis instar erit.  
 Hæc tibi sit firmum nostri quoq; pignus amoris,  
 Hanc venerare Nepos, & reuerere pic.  
 Frater & Henricus, quo non mihi charior alter,  
 Sit pater & tutor, præuius atq; comes.  
 Consilio cuius regnum, populosq; beata  
 Dextra commissos, rexeris absq; dolo.  
 Consule supplicibus, Regis grauitate superbos  
 Corrige, iustitiam, iusq; fidemq; cole.  
 Pectore clara Nurus mæstas depone querelas,  
 Hactenus & socerum sit genuisse satis.  
 Iam satis atq; super flesti properata Mariti  
 Fata tui, questus comprime, ne lachryma.  
 Ne fle casta Soror, durumq; ex corde dolorem  
 Pelle tuo, viuo, me altus Olympus habet.  
 Quæ exanimum corpus Bethleemia templa recodet,  
 Et vestra fuerint ossa sepulta manu.  
 Omnes ad tumulum solennia sacra quotannis,  
 Christiparæ in laudem Virginis efficite.  
 In quibus omnipotens trinus celebretur & vnus,  
 A Lusitanis tempus in omne Deus.  
 Vos mihi dilecti lachrymas cohibete Quirites,  
 Atq; valete diu. vix ea fatus erat,  
 Quum pater Emanuel gnatum deduxit in aulam  
 Supremi Regis, Lysiadumq; choros.

Ioannã Ca  
 ro. Cæsa. fi  
 liã nurũ,  
 sororemq;  
 Mariã ad  
 fatur ex cę  
 lo.

Sacra fieri  
 a suis quo  
 tannis iu  
 bet in mo  
 nasterio d  
 Bethleem

Ad proce  
 res.

Laudet

Laudat vterq; Deum, celebrantibus vndiq; diuis,  
 Heroascircum, Cœlicolasq; pios.

Purpura quos vestit, decorant quos florea ferta,  
 Et merito recreat gloria, Christus amat.

In quorum cœtu regum placidissimus eum.  
 Viuit in æternum, præ niuē candidior.

Egerat in terra absq; ullo rumore sinistro  
 Tempora, sed cœlo premia digna capit.

Ætherias arces, spaciosaq; regna Tonantis  
 Nunc videt, & gaudet gaudia vera videns.

Maxima laus illi fuerat, dum degit apud nos,  
 Post obitum vero fama per astra volat.

Fama per astra uolat, semperq; futura perennis  
 Glorificat regem, concinit, atq; leuat.

Cœlicola -  
 rû ornatus

Apotheo -  
 sis cōmēn -  
 datio.

## APOTHEOSEOS

FINIS.

14

umpit, & horrificis mens est confusa tenebris.

Brachia iactantem, atq; ardentia lumina calo

Tollentem, & forti crudelia sidera regi

Clamantem, matres frustra retinere dolentes

Conantur, manibus charum complexa cadauer,

Vestibus abruptis, flauos laniata capillos,

Ad proceres vultus vertens miseranda seueros,

D

IN OBITUM CHRISTIANISSI  
 mi, atq; inuictissimi Ioannis tertij, Lusitaniæ & Al  
 garbiorum regis, dominiq; Guineæ, Indici, Afri  
 ci, Persici, Arabici, Æthiopici, serenissima,  
 atq; præstantissime Regine Cathari  
 nae lamentatio, à Cadabale  
 Grauió Calydonio edita.

Herculei a  
 nimosi,  
 aut ab Her.  
 originem  
 ducentis.



Quum regina potens magno generata  
 Philippo,  
 Coniugis Herculei penitus morientia  
 membra.

Vidit, & ipsam animam regem exhalare morantem,  
 Regem expirantem, alto quem relegebat honore,  
 Huc illuc rapitur, duro tristissima fato.  
 Concidit, & misere subitus calor ossa reliquit,  
 Semianimisq; fuit, totoq; expalluit ore.  
 Scissa comâ. ravidus lachrymas dolor intus obortas  
 Deuorat. ingemuit, cubitoq; innixa refedit,  
 Atq; iterum cecidit, iacuitq; solo, moribundæ.  
 Caligant oculi. nullum generosa virago  
 Protulit eloquium, gelidoq; simillima saxo  
 Marmoreo imposita est thalamo, tenuiq; pepen dit  
 Spiritus ex filo, magnatum ante ora suorum.

Postquam animus redijt, corpusq; exangue mariti  
 Aspexit, siluit. singultibus ilia crebris

Rumpit

Ravidus l.  
 d. i. o. d. In  
 magno do  
 lore exocu  
 lis non ma  
 nât lachry  
 mæ intus  
 ab fumen  
 te dolore.  
 tenuitq; p.  
 S. ex f. i. pa  
 rum abfu  
 it quin ex  
 piraret.



Rumpit, & horrificis mens est confusa tenebris.  
 Brachia iactantem, atq; ardentia lumina celo  
 Tollentem, & forti crudelia sydera regi  
 Clamantem, matres frustra retinere dolentes  
 Conantur. manibus charum complexa cadaver,  
 Vestibus abruptis, flauos laniata capillos,  
 Ad proceres vultus vertens miseranda seueros,  
 Multa quidem, & simul hac lacerato pectore fatur.

TRISTISSIMA REGINÆ  
 lamentatio.



Regale decus clari genitoris imago,  
 Iustitiæ columen, fidei seruator & au-  
 ctor,

Eoæ sulcator aquæ, domitorq; ferarū,

Rex armis, rex pace potens, rex inclyte bello,

Hesperia lumen, regum venerabile sydus,

Lysiadum splendor, diuim veneranda propago,

Vnica desertæ spes, portus & anchora sacra,

Fortis Alexander, Christi memorabile donum,

Dulcis amor patriæ, qua te regione requiram?

Hei mihi cur viuo? Quid me generose Philippe?

Cur pia me mater genuisti sic dolituram?

Heu quid agam regina potens modo? regia coniux,

Regibus & regum gnatis comitata, marito

.S. Emanu  
 elis.

Lysiadum  
 pro Lysia  
 darum.

Lusitania,  
 & Lysiadæ  
 dicuntur a

Lysa cu  
 Libero pa  
 tre bacchã

te, Lege  
 Plin. lib. 3.  
 cap. 1.

(Qualem terra tulit nunquam) coniuncta, beata,  
Laudibus, & vastum merito celebra ta per orbem,  
Nunc trabor infelix fatis, me casus acerbus

Præcipitem in longos misitq; deditq; dolores.

Heu orbata meis doleo, timeoq; futura,

Rege meo careo, dulci priuata sodale,

Quem mihi legitimus Domini concesserat ordo.

Filius ille meus miserabile pignus amoris

Infelix perijt, nuper florente iuuenta.

Occidit ante diem matri gratissima proles,

Qui mihi tot planctus, luctus, lachrymasq; reliquit.

Maxime tu regum gnati post fata iacentis

Ante diem, matris qui tristia damna leuabas,

Mortuus ecce iaces, letali vulnere lapsus,

Mortuus ecce iaces, mihi lamentabile funus.

Non aliter crucior quam quum Thebana superbū

Hæctora Thessalico raptatum ex axe videbat.

Vt Cassandra suos gemuit per Littora Troiæ,

Atq; Hecube Priamum, extinctum sua mater Ae.

Sic mea mortiferi penetrāt præcordia sætes, (chillè.

Sic mea lugubri rumpuntur viscera fletu.

O funesta dies, o semper flebile tempus,

O mors dura viro, quo non præstantior alter

In terra genitus, regni est moderatus habenas.

Heu cordis solamen abit, lamentaq; restant,

Nulla dies vnq; curis, lachrymisq; vacabit

Dum

Princeps  
Ioannes.  
generatio.

Theb. An  
dromache

Ampliatio.

Dum viuam, & semper fuerit lux ipsa dolenda,

Inq; dolore meo nemo solabitur egram.

Flete omnes mecum, terram quicunq; habitatis,

Quicunq; imperium geritis, rerumq; potiti.

Fleteq; primates orbis qui sceptrā tenetis,

Et bifido sacram velatis tegmine frontem.

Exululent montes, syluæ collesq; virentes,

Robora cum scopulis, silices & marmora dura

Illachryment mecum, horrendumq; exhibet aura.

Contremat & tellus, tenebrosus lumina Titan

Condat, & obscuro pallefcāt Cynthia cornu.

Luna prouarijs potestatibus diuersa nomina sortitur. in cœlo dicitur Luna, Lucina, Phœbe, Iuno. In Inferno. Proserpina, Persephone, Hecate. In syluis Diana, Cynthia, Delia. In triuijs, Triuia. Alia nonnumquam pro alijs ponuntur apud poetas

Et mare cæruleum perflantibus undiq; ventis

Infremat, atq; meis resonet clamoribus Echo,

Omnia testentur talem tantumq; dolorem.

O virtutis amor priscorum gloria morum,

Non Numa Pompilius te relligiosior ipse,

Numa Pompilius Pythagoricus, vir omnis diuini atq; humani iuris consaltissimus, quū ageret Curibus a Roma. patribus accitus rex, creatus est.

Festaq; omninim pace annos. 43. regnauit. Lege Liuium. Hic ost Romulum obtinuit imperium. Deorumq; cultum instituit. Lege plinium lib. 18. cap. 2.

Traianus fuit iustill. imp. Lege Plinium de viris illustr. et Baot. Egnat.

Nec te (vera loquor) Traianus iustior olim

Exitit. O patriæ merito pater aurea mundo

Sacra reduxisti, diuino numine ductus.



Nullo se tellus tanto iactavit alumno,  
Vnquam, nec dabitur longo post tempore talis.

Herculeas voti compos superare columnas  
Cernere, & ardenti terras sub sole iacentes  
Ausus, & immensa transcurre Tethios undas,  
Nempe super Goam, super ardua moenia Dij,  
Atq; per Europen, Asiam Libyamq; perustam  
Solibus æthereis, victor tua signa tulisti.

Cultor pacis eras, fidei templiq; columna,  
Id quod erat iustum, sanctumq; piumq; probabas.  
Christicolas inter pugnas, caedesq; cruentas  
Detestabaris, sanctorum dogma secutus,  
Non nisi cum Mauris horrentia bella gerebas.  
Pieridum cultor, veræ pietatis amator,  
Occiduis præstas populis peramabile lumen,  
Doctas cum in patriam laudabile munus Athenas,  
Egregias artes, Phæboq; Helycona sonantem,  
Antraq; Thespiadum, sacras & Torvidos undas  
Transfers, & Musis collegia sacra dedisti,  
Muneribusq; tuis floret Conimbrica diues.  
Eloquioq; uiret Graio, sermone latino  
Exuperat veteres Academia tanta. Lycurgus,  
Bartolus, Alciatus, Solon, magnusq; Cleantes,  
Democritusq;, Cato censorius, & Radamantibus,  
Pythagorasq; iterum superas reuocatus ad oras,  
Pindarus, Ascreus, Sophocles, Cyrrhæus Apollo,

Ascreus,  
Hesiodus  
ex Acra, O-  
ppido Boo-  
tix.

Battiades

Battiades, Varro, Gallus, facilisq; Menander,  
 Atq; alij vates, quos ingeniosa vetustas  
 Excoluit, doctiq; uiri, fandiq; periti  
 Intrate spirant, sedes vèneranda Pyrenes;  
 Iamq; Maro redijt, Rhodiusq; reuixit Homerus.

Mortuus ipse iaces, quanquam tua fama perennis  
 Viuat in æternum, video meæ vùlnera, noctes  
 Atq; dies semper planctu, gemituq; dolebo.

Spiritus astra tenens, cælestia regna frequentat,  
 Et meritis fulgens verissima gaudia cæli  
 Nunc habet, & regis supremi numen adorat.

Regia clara poli recreat, te lucidus æther  
 Angelicos inter cœtus fouet, atq; moratur.  
 At reginã dolens lachrymarum ualle relinquer,

Diuitiasq; meas Bethleemica busta tenebunt,

Atq; quidis fiet miserabilis esca cadauer

Vermibus, heu solam quid me sic deseruisti?

Tecum ibo, iungarq; tibi, claudarq; phæretro,  
 Ibo simul, tecum moriar, condarq; sepulchro.

Qualis per medias nauis iactata procellas

Frangitur, & tumido fluctus bibit ipsa profundo,

Talis ego ingenti curarum mole sepulta;

Nor procul extremam morientis suspicor esse

toram, tantorum omnipotēs miserere laborum,

Quos patior: lapsis feropem pater vnice rebus,

Ne in pœnam semper regina miserrima viuam.

Battiades,  
 Callima-  
 chus poet.  
 filius Bat.

Pyrene  
 fuit regina  
 quædam.  
 Hercules  
 (ut perhi-  
 bent) filia,  
 quæ Coni-  
 bricæ pri-  
 ma funda-  
 menta ic-  
 cit, cuius  
 effigies in  
 eiusdè ur-  
 bis arce cū  
 sceptro,  
 leone, at  
 q; dracone  
 undiq; sep-  
 ta cernitur

Bethleem  
 est celebris  
 monacho.  
 diui Hier.  
 cœnobiū,  
 in ostio Ta-  
 gi, ubi Lusi-  
 tanie sepe  
 liuntur Re-  
 ges.  
 Doloris a-  
 plificatio.

Hoc Regnum serua, paruumq; tueri: nepotem  
 Qui mare, qui terras, mundos, populosq; superbos,  
 Lusitanorum virtute Oriente subactos,  
 Gangaridas, Seres, Turcas, pictosq; Gelonos  
 Sauromatas, Arabes, Parthos, Garamantas & In-  
 Caras, & Armiferos lelegas, Lyciosq; rebelles, (dos  
 Quosq; tenet gremio diris Pharsalia bellis  
 Cognita, quiq; tuos habitant Pamphylia campos,  
 Quiq; colunt saltus, opulentaq; regna furentis  
 Æmonia, & vitam degunt, qua currit Emipeus.  
 Quiq; Lycaonia felicia iugera vertunt,  
 Quiq; Cyrenæas proscindunt vomere glebas.  
 Quasq; premit gentes Aries, & Syrius ambit  
 Æstifer, igniuomusq; Leo, Septenq; Triones.  
 Quasq; oriens nitida perlustrat lampade Phæbus,  
 Et Piger Arctophylax alto de vertice mundi  
 Cernit, qua pontus glaciali frigore torpet.  
 Quasq; lauat rapido lutulentoq; amne Niphates,  
 Fætifer & Nilus, Nabatheaq; regna morantur,  
 Infidosq; Getas, Mauros, Medosq; feroces  
 Et regat, & teneat sanctis sub legibus olim.

De Traiano, cuius meminit author in illo versu, Nec te  
 (vera loquor) Traianus iustior olim exitit. Nec non de  
 de varijs populis, & regionibus a prudentissima regina (quæ  
 inuictissimo regi Sebastiano felicem rerum statum pie pe-  
 caretur) memoratis, admonendum paucis esse lectorem  
 studiosum censui, ne. s. apud alios cum labore quæreret,  
 quod hic facile inuenire possit. Lege igitur, & nostris fructus  
 vigilijs, quæ as prouida mente cum vita computamus,



Optimus omnium externorum principum, primus Traianus a doptione Neruæ imperium inuenit. Domiac foris, sanctus & clarus. Nihil habuit omnino, in quo culpari posset. Amicitiarum cultor, humani diuiniq; iuris consultissimus. Simplicium & eruditissimorum ingeniorum admirator, & à Musis literisq; non abhorrens fuit. Quanta fuerit in eo probitas, acclamationes principibus exhiberi solite declarant, quum Augusti felicitate, Traianiq; bonitatem his suppliciter adprecarentur. Vnde ex duorum illustriſſimorum principum. ſ. Numæ Pomp. atq; Traiani comparatione, quicumq; sanæ mentis, qualis Christianiſſimi regis Ioan. in vita extiterit omniſigena virtus, recte nouerit.

Cares pop. Carię regionis Phrigyæ.

Leleges pop. Aſiæ, atq; Bœotiæ, Theſſaliæ, altarumq; regionum.

Lycij pop. Lyciæ regionis Aſiæ. Pharfalia Theſſaliæ ciuitas, vnde Pharfalici campi. Pamphylia, regio eſt Aſiæ minoris. Aemonia eademq; Theſſalia. Enipeus flu. Theſſaliæ. Lycaonia regio Gallatiæ cõtermina Cyrene regio Aphricæ iuxta Syres tritici fertilis.

Gangaris Indorum regio, vnde Gangaridæ. Seres, populi indorum orientales. Turcæ Europæ Aſiæque Pop. terribiles bello, Christianis infelſti. Geloni Pop. Sarmatiæ, Agathyrſis finitimi, qui, brachia, crura atque ora pingunt. Sauromatæ ſue Sarmatæ, Sarmatiæ patentis ad Arcton pop. a lacertinis oculis ſic dicti. Arabes noti ſunt vltra mare rubrum in Aſia. Parthi Armeniæ pop. acerrimi bello. Garamantes pop. Libyæ interioris. Indus fluuius Orientalis, Indiam ab occaſu abluens, à quo tota regio nomen accepit. Hunc in iugo Caucaſi montis, quivocatur P aro pamiffus, aduerſus Solis ortum effuſum aiunt. In ſe. 19. amnes accipit. Ac colæ huius, totiuſq; regionis illius pop. Indi appellantur. Niphates fl. atq; mons Armeniæ.

Nilus celebratiſſimus Egypti flu. fœtifer. i. omnia fœtificans. Plinius lib. 7. vbi fœtifer potu Nilus inquit. Nabathæ regna, Arabiæ contermina ſunt. Getæ pop. Scythiæ Septentrionem fœtiferus, inter quos familiaris noſter Ouid. exulauit. Mauri pop. ſunt vtriuſq; Mauritanie, in Aphrica. Medi pop. ſunt regionis Mediæ, à Medo Medæ filio dicti.

*Qui ſi fata dabunt, veniet quum fortior ætas,*

*immortale decus, palmas clarosq; triumphos*

*Duxerit, & toto victor celebrabitur orbe.*

*Hot concede pater, rerum cui ſumma poteſtas,*

Tu q; Dei genitrix Virgo sanctissima regem  
Qui venit in lucem vasto demissus Olympo,  
Lusitanigenis per tempora lingua relinque  
Fer precor auxilium miserae, praestag; leuamen,  
Quando aliter nequeo miserandam ducere vitam.

PRUDENTISSIMÆ  
reginae Catharinae lugubris  
querimoniae finis.

20

SERENISS. AC PRÆCELLENTISS. PRIN  
cipis Mariae clarissimi Ioannis Lusitaniae, & Algarbiorū  
regis, prudentissimaeq; reginae Catharinae filiae,  
Invictissimi Philippi Hispaniarum regis  
clarissimae Vxoris, praestantissi-  
mi q; principis Caroli matris.  
Epitaphium, a Cadabale  
Grauio Calydonio  
editum.

20



Onditur hoc tumulo quondam formosa Maria,  
Vix tria lustra gerens, nupta Philippe tibi,  
Hic iacet ecce Deo semper gratissima Princeps  
Moribus, Hesperiae lumen, amorq; suae.  
Huic concessit quicquid habet. Natura decoris,

Vni

*Vni etiam dederat Gratia, quicquid habet.  
Hanc rex Lysiadum celeberrimus ille Ioannes,  
Oceani ad vasti lit tora progenuit.*

*Hanc Catharina potens enixa est, Iulia felix  
Paruam aluit, Phœbe pulchrior ipsa fuit.*

*Hæc vtero populis regem paritura superbis,  
Infelix peperit, mox peritura tamen.*

*Vtq; nouus Phœnix alio expirante resurgit,  
Sic satus est princeps, Principis interitu.*

Phœnix, Auis orientalis a phœniceo pennarum colore dicta, orbe toto celebrata. Nascitur in Arabia, aquilæ magnitudine, quæ ânise sexcentis & sexaginta viuere creditur, Soli sacra in Arabia. Hec suprema senectute Cassia, Thurisq; sulculis nidum construit, odoribusq; replet, & superemoriatur. Ex ossibus atq; medullis nascitur: ceu vermiculus, inde fit pullus. Principio iusta funeri prioris reddit, totumq; defert nidum prope Panchaiâ in Solis urbem, & in ara deponit. Optima igitur a Græcio de Phœnice ad sereniss. princ. Mariam comparatio facta est, nam eodem quo peperit die mortem obiit, Carolusq; princeps natus est.

*Signa dedere poli, tristes fulsere Comete,*

*Occidit in terris gloria nobilium.*

*Inuida Mors rapuit, stenoit venerabilis infans*

*Carolus, & matrem vix bene natus amat.*

*Incidit in Lachesim teneris fraudata sub annis,*

*Gaudia dum portat, prægraue sydus habet.*

Sydus prægraue, Secundum Genethliacos, qui ex die atque natiuitatis hora, quos Horoscopos vocant, fortunam, vitam, successumq; pronunciant. Vnde manilius. Vitasque hominum suspendit ab astris. Quod aludens Bap. Mant. quum de Annæ sterilitate loqueretur, sic protulit.

*Sive per aëstorum cursus, radiosque calentes,  
Sive Dei solo qui temperat omnia nutu.*

Virtuti,  
quod na-  
tu ra fert  
tribuitur.

Lysiadum  
i. Lusitano  
rūn.

Iulia foelix  
eademquæ  
Vly sipo,



Hanc magni reges collamentantur ademptam,  
 Ante diem raptam, nocte dieq; gemunt.  
 Iam lachrymas merito fundens Hispania luget  
 Tam miseros casus, & sua damna dolet.  
 Non moritura iacet miserando funere raptā,  
 Nam æternum nomen: lausq; decusq; leuant.  
 Dum varia syluæ frondescet in arbore ramus,  
 Dumq; feræ montes, flumina piscis amet.  
 Gratas dum populis fruges dabit humida tellus,  
 Igniuomos Titan dum reget altus equos.  
 Flumina dum montes fuerint, dum sydera cælo,  
 Principis Herculeæ fama perennis erit.  
 Hoc tumulo tantæ conduntur Principis ossa,  
 Delitias nostras, Parca seuera tulit.  
 Supplice corpus habet mærens pietate colendum  
 Pincia, sed pulcher spiritus astra colit.

CLARISS. ATQVE PRÆSTANTISS.  
 CATHARINÆ PORTVG. ET ALGARBIORVM  
 reginæ, citra & vltra mare in Africa. Dominæq; Guinæ  
 Cadab. Grau. Calyd. summam felicitatem, ac  
 beatitudinem adprecatur.



Aeternus de inuidiſſimi regis Ioannis tertij,  
 tui chariſſimi coniugis obitu & apotheoſi,  
 necnon de tua miſeranda querimonia, & lugu-  
 bri lamentatione, ſimul de ſereniſſimæ princi-  
 pis Mariæ filiæ chariſſimæ tuæ, Chriſtianiſſi-

miq; regis Philippi vxoris ad Superos, eternamq; gloriam discessu, immaturoq; funere nonnulla ex multis in tuaespe gratia promeo Appolline adnotaueram omnium prorsus clarissima Regina. Nunc vero admodum pauca obiter, ac summatim de vite breuitate, & humane conditionis miseria (ne quis male prouidus, & sibi parum constans, nostraeq; fragilitatis immemor, aliquo rerum inopinato successu, aut caduco magistratus honore tumens, per superbiam & insolentiam, quae nos circumstent pericula non animaduertens, se altius aequo procliuis ad ruinam tolleret) grauissimorum virorum auctoritatem secutus, conscribere non alienum esse a praecedente duxi materia. Singulaq; de nostra miserabili, ac lachrymosa peregrinatione, in qua mortalium prope nemo impunè vitam degit (non sine studiosorum utilitate) percurrerem, nisi me alienigenam & tanquam exulantem Vllyssippone, absq; patrono ac defensore penitus tacere cogeret inimica bonis, scelerumq; magistra paupertas, vt cum Christiano Poeta loquar. Ad hec rara in tenui facundia paucis. Quapropter bis, tēporis habita ratione supersedeo, plura tamen scripturus, quum aliquem Mecœnatem (quod difficillimum est) inuenero. Vale plurimum, meq; in patriam statim rediturum, aliquo longum urgente necessitate facturum iter ama, quae bonas artes earumq; cultores hucusque non oderis. Vllyssippone pridie Calen Decemb. 1565.

DE MISERIA HUMANÆ CON  
DITIONIS, AD PRUDENTISS.

reginam Catharinam.  
breuis. relatio.

20



**H**OMINIS Vita pumo videtur persimilis, quod  
maturum decedit sponte, aut ante iniuria tempe-  
statum, ventorum ve impetu deijcitur. Homo su-  
per terram bulla est, nihil enim humana vita fra-  
gilitus nihil deniq; fugacius. Primum quanto periculo ac discri-  
mine prodimus in lucem, deinde q̄ destituta, quantis obnoxia pe-  
riculis infantia. Quam fugax adolescentia, quam præceps iuue-  
ta. Ad hec, dimidium nostri breuis stadij auferunt conuiuia, som-  
ni, lusus, ioci, præposteriq; conatus, atroce semper & vbiq; immi-  
nente Atropo. Iam si pueritiam & senectam deducas de ratione  
eui, quæso quantulum est hoc quod relinquitur? & hoc ipsum tā-  
tis circumscriptum angustijs. Sexcenta morborum genera quo-  
tidie infestant, nec pauciores impetunt casus, ruinae, venena, nau-  
fragia, bellum, terræ motus, lapsus, fulmina, & quid non? Alius  
acini granum glutuens præfocatus est, est quem potus cum lacte  
pilus strangularit, neq; defuit, cui stiria gelu durata delapsa tec-  
tabitum attulerit exitium. Et hoc est animal illud, quod tan-  
tos molitur tumultus, cuiusq; cupiditatibus orbis hic angustus  
est. Nec mihi temperare possum, quin hoc loco Plinij verba ad-  
scribam, vitæ fragilem breuitatem scitè depingentis. Incertum



ac fragile nimirum est hoc munus natura, quicquid datur nobis;  
 malignum vero & breue, in ijs etiam quibus largissime contin-  
 git, vniuersum vtiq; eui tempus intuentibus. Quid quod esti-  
 matione nocturna quietis dimidio quisq; sue spatio vitæ viu-  
 it. Pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ, nisi cõtingit quies,  
 nec reputantur infantia anni, qui sensu carent, nec senectæ in pœ-  
 nam viuacis, tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot  
 curæ, toties inuocata morte, vt nullum sit frequentius votum:  
 Natura vero nihil hominibus breuitate vitæ præstitit melius,  
 hebescent sensus, mēbra torquentur, præmoritur visus, auditus,  
 incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta. Et tamen vitæ  
 hoc tempus annumeratur. Ad quod etiam alludere videtur nobi-  
 lis illa Homeri cõparatio Iliados sexto, de caducis arborū folijs.

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum

Quorum hæc ventus humi fundit, rursus illa virescens

Profert sylua, simul quum verna afflauerit aura. Idem.

Nihil imbecillius terra nutrit homine.

Vergilius tam celerem æui decursum per pulchre in Mæcænat's  
 fato deplorat.

Redditur arboribus florens reuiventibus ætas,

Ergo non homini, quod fuit ante redit,

Viuacesq; magis ceruos decet esse pauentes,

Si quorum in torua cornua fronte rigent.

Viuere cornices multos dicuntur in annos

Cur nos angusta conditione sumus?

Æschylus apud Stobæum, vmbra sumi similem facit hominis vi-  
 tam, cum dicit. Caduca molitur genus mortalium, neq; certa res

est vlla, nec tuta, haud magis atq; vmbra fumi. Sophocles itē in  
Aiace. Nihil aliud quam vmbra, atq; flatus est homo.

Sed lachrymare magis quam scribere nunc lubet, cum miseras  
humanas, quas in hac lachrymarum valle, & breuissimo vitæ  
curriculo assidue patimur, recordor & mēte complector. Quod  
saxum mecum non ploret, si gemitus meos miserosq; fletus, &

inmutabilem fatorum ordinem videat? Miram varietatem, cer-  
tam legem, impar æuum rerum cunctarum in mundo contempla-  
mur. Oritur Sol & occidit, & ad suum reuertitur locum. Idem  
sidus Lunæq; vices, vt nos videmus, ita Cicero vidit, Plato vidit  
& antiquissima secula. Cursu sese terramq; fatigat Oceanus,  
nec vllam vlllo tempore quietem nouit. Omnes aquæ fluunt in  
mare & ipsum non redundat. Eadem vapore sui sum trabūtur,  
nubeq; soluta decidunt, vt iterum fluant. Sic tacito casu flumina  
prætereunt ripas, nostrarumq; rerum imaginem exprimunt. Fri-  
gora mitescunt Zephyris, abijt Aestas, abijt Autumnus, nec  
quicquam diu infra circulum Lunarem eadem visitur facie.

Mortali corpore veluti plumbo in ima mundi parte præpotens  
& regitur, teneturq; animus, miracula naturæ miratur, nec admi-  
rationis vnquam finis est. Heu quā breui momento præterit ho-  
minum vita, quæ ferro simillima est, quod si exerceas at teritur,  
si non exerceas rubigine corrumpitur. Vbi pius Æneas? vbi Luli-  
us? vbi diues Tullus? vbi Alexander ille cognomine magnus,  
terrarum dominus? vbi tandem alij, quos perennis Fama vsq; ad  
astra tollit? Omnes in tenuem puluerem, vmbraque inanem con-  
uersi sunt, virtus si qua fuit, sola permanet incorrupta. Duc mē

tem per ætatum gradus, nihil adeo splendidum inueneris, quod tandem non conciderit. Qui scis, qui scis inquam formose adolescens? qui scis animose vir? qui venerande senex? qui deniq; mercator auare? an. crastinam lucem hodiernæ adijciant superi? Quñ semel occideris, non genus quo frustra tumes, nec eorum turba, quibus cum bonam vitæ partem abstulerunt conuiuia, te amore reuocabit. Rosa pulchra est, sed cito marcescit. Quotidie ad interitū certam itineris portionem absoluius. Mitto quod sæpe numero ante in ipso cursu obruimur, quam portum attingere liceat. Ad hæc ludibria nascimur, agitur humanum genus rapida in occasum mortalitate. Nostri maiores præterierunt, nos abimus, posteri sequentur, omnisq; posteritas succedentium sæculorum lege decurret. Quid istuc queso, quid istuc est? Nihil ita crebro, vt mortem videmus, nihil ita obliuiscimur, vt mortē O natura rerum prouida & ingeniosa parens, cur tam breue tēpus hominibus largita es? Cur nobiles spiritus é medio tollis priusq; orbem perspexerint? Cur gratiam Solis, pulchritudinem cæli, tot rerum facies, tot, tanta, & tam varia mundi miracula ita repente subtrahis oculis nostris? tua vis varia superat omnem vim animorum In miseriam, atq; tristitiam nascimur, in pænā dolorem & luctum viuimus, in tenebris dies, atq; noctes agitur. Natiuitas ad hæc non Cræsum ab Iro, nec regem á plebeio distinguit. Eadem sunt parturientis Reginæ, & mendicæ voces. Idem emergentis Cæsaris, & tenuissimi cuiuslibet vagitus, nūdius est cauum, vnde se Monarchæ filius profert, quam vnde prodijt an. ille proles. Vtinam hæc perspicerent superbi, & qui



se se falso deos esse putant. Miseros præterea mortales assidue  
suspiria, lachrymæ, singultus, sollicitudines, luctus, iniuriæ, dolo-  
res, exilia, tædia vitæ, morbi, calamitates, infamiæ, necessariorūq;  
immatura & nobis damiosa funera comitantur, discruciant,  
præcipitant, turbant, animumq; in diuersa trabunt. Breue spa-  
rium vitæ nostræ, idq; per horas dilabitur. Ocyssime perit hora,  
cito dies, cito mensis, celeriter etiam annus, quum admodumpar-  
uus annorum numerus datus sit, quibus negligenter vtimur.  
Nihil fortunæ munera profuit, non regna, non imperia, non vr-  
bes, non magistratus, non molles & preciosæ vestes, non delitiæ,  
non fugitiuæ voluptates, non aurum nec argentum, nec magno  
sudore paratæ opes, vt mortem vbiq; paratam fugias. Quoniã  
quemadmodum nemo moritur, qui non vixerit, ita nemo viu-  
it, qui non sit aliquando moriturus. Vix me contineo quin familia-  
ris mei ex historia mundi adscribam verba de conceptu & gene-  
ratione hominum. Miseret atq; pudet æstimantem quam sit fri-  
uola animalium superbissimi origo, cum plerunq; abortus fiat  
odor a lucernarum extinctu. His principijs nascuntur tyranni,  
his carnifex animus, tu qui corporis viribus fides, tu qui fortu-  
næ munera amplexaris, & te ne alumnium quidem eius existi-  
mas, sed partium, tu cuius semper in victoria mens est, tu qui te  
deum credis aliquo successu tumens, tanti perire potuisti? Atq;  
etiã die minoris potest. Quantulo serpentis ictus dente, aut  
tam vt Anacreon poeta acino vne passæ, vt Fabius senator  
prætor, in lactis haustu vno pilo strangulatus. Is demum profe-  
cto vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ

memor

memor fuerit. Et alibi etiam de hominis natura loquens, inquit. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pa-  
 uor confusior, nulli rabies acrior. Deniq; cætera animantia in  
 suo genere probe degunt, congregari videmus, & stare contra  
 dissimilia Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum mor-  
 sus non petit serpentes, ne maris quidem belluæ ac pisces, nisi in  
 diuersa genera sauiūt. At Hercule homini plurima ex homine  
 sunt mala. Hominis vita quadrupliciter finitur. s. aut natura,  
 aut fato siue stellarum ictu, aut casu, aut violentia. Natura,  
 cui nullum vltra centum & viginti annos spatium vitæ conces-  
 sum est. Fato siue stellarum ictu, quum tres Saturni circuitus,  
 & quandoq; singuli exitium adferunt. Casu seu fortuna, quæ  
 ad causas diuersas pertinet, vt qui fluminis traiectu, vel ruina,  
 vel incendio, vel naufragio perit. Violentia, cum gladio, vel vene-  
 no, vel supplicio, vel tormentis quis enecatur. Sed huius nostræ  
 miserie, hoc est humanæ fragilitatis, te Plin. ille secundus, quæ  
 merito naturalium rerum mundum & thesaurum appellamus,  
 aliq; complures autores melius admonebunt. Interea tamen hæc  
 quantulacunq; sunt, legere, præq; oculis habere (dum alia m-  
 lora tibi, inuictissimoq; regi Sebastiano, tuo charissimo nepoti  
 accuraté meditamur) non sit, oro molestum præstantissima Re-  
 gina, licet publico bono diuinisq; rebus in sacra deiparæ Virginis  
 æde seper intenta & occupata sis. Vale plurimum. Vlyssippone.  
 pridie Calen. Decemb. 1565.

Deo opt. max. gloria, & laus in æternum. F2

IN QVOS DAM RVSTICANOS POETAS  
tros, & Cadabalis Grauij Calydonij præceptoris sui honorẽ, st  
diosi adolescentis Simonis Roscij, Paschalis Roscij  
cuius Auriensis filij, non vulgare carmen.

Inuidia vobis rumpuntur viscera pigri,  
Quod Grauius vates volitet super æthera, vosq;  
Ingenio superet, mediaq; relinquat arena.  
Non mirum est, nam huius bellis meruere coronas  
Maiores quondam, Nomadumq; tulere furores  
Pro duce pugnando, patriamq; fidemq; tuendo,  
Hesperiam postquam Mauri euertere potente  
Dextra, quum infelix regnum Rodericus haberet  
Indigné, vestri runca secuere rubeta,  
Atq; egere sues lapidosa per arua, bouesq;  
Illotis pedibus, factis de pelle galeris  
Caprina, putri recubantes stercore, seduos  
Haud fallam, referamq; breui, quæ dixit Apollo.  
Sanguine præclaro natos decet esse poetas,  
Rustica progenies sublimia carmina nunquam  
muribit, nec Famae vehitur super astra quadrigis,  
me Vt noster Grauius, parta qui laude triumphat  
Inter mortales, totoq; refulget in orbe,  
Iridetq; canes, ventosq; murmura vulgi.  
...amalue igitur Cadabal presentis gloria sæcli,  
Gymnasiarcha grauis, Tyda memorabile lumen,  
Quam ad Minij ripas fortes struxere Pelasgi.  
Numine Diuorum spumosa per æquora vecti.  
Vosq; Poetastri ad Tarpeia saxa valete.



ORATIO FVNEBRIS, CONIM-

BRICÆ HABITA IN. EXEQVIIS SERE-

nissimi Portugalliae Regis IOANNIS Tertij anno.

M. D. LVII. xxv. die Iunij: eisdem hic ferè

verbis conscripta, quibus tunc pro

iniqui temporis angustijs

pronunciata est.



PTAREM EQVIDEM, SI FIERI

aliqua ratione posset, generosissime at-

que integerrime Rector, patres amplis-

simi ac viri fratres, vt de Serenissimo IO

anne. III. Rege nostro (iam non nostro) verba factu-

rus, quantum doloris, quantum luctus, quantum acer-

bitatis mors eius repentina nobis, atq; vniuersæ rei-

publicæ Lusitanæ infixit: tantum ego facultatis

in dicendo, atq; in eius funere celebrando, hodierna

die afferrem. Sed homo in interpretâdis legibus dū-

taxat versatus, qui eloquentiæ artes vix attigerim,

nullum omnino vsum, nullam exercitationem in di-

cendo habuerim, tenuitatem meam, atq; ingeniū,

quod in me est exiguum, satis agnosco. Quin & si

cū veteribus illis oratoribus, quos velut Coryphæos

laudat antiquitas, essem aliqua ex parte cōferendus:

mœrori certè meo, ac lachrymis, quibus omnes in

hac publica clade impedimur, ignoscendum foret,

si luctuosa, & pro tempore properata oratio, nihil

perfectum iugenio, nihil elaboratum industria, nihil

N arte

arte compositum afferret. Terret etiã oculos, mē-  
 tem animamq; consternat noua huius loci, atq; hor-  
 rendi facies, omniũ ætatũ, omniũ ordinum mērētes  
 vultus, sordidatæ vestes, atrata & pullata vbiq; om-  
 nia: vt huius aulae, alioqui semper fausta, parietes fu-  
 nesti, non solũ lugere, sed etiam eiulare mihi vide-  
 antur. Quapropter vereor, ne ordo noster amplissi-  
 mus, opinione, quam de me concepit, frustratum se  
 deprehendat, ac cum iudicij sui serò pœnitere inci-  
 piat: qui mihi relucant, atque virium mearum im-  
 becillitatē prætendenti, grauissimam hanc prouin-  
 ciam, humeris meis valde imparem, reiecta omni ex-  
 cufatione imposuerit. Intellego enim suscepisse me  
 munus, more quidem maiorum institutum, & anti-  
 quissima lege. xij. tabularum iam olim sancitũ: cæ-  
 terũ munus adeo ex proposita materia arduũ, vt  
 omniũ, quæ aliãs imposta fuerunt, censeretur debeat  
 lōgè maximũ, vel ea de causa, quòd is, qui proponi-  
 tur Rex laudandus, fuerit omniũ, qui retrò antè actis  
 seculis fuerunt, sine controuersia longè optimus.

Tu igitur pro tot meritis iam diue, iam cœlo ad-  
 dite IOANNES, qui de quacunq; cœli regione ia-  
 centes terras, & in his Lusitanos tuos etiam nũ re-  
 spicis: da precor veniam, si diuini animi tui dotes, &  
 numero tam multas & magnitudiue tantas, vt neq;

vbere dicendi cōpia, nec largo orationis flumine, cō-  
prehendi queant: ego ingenioli mei angustijs expli-  
care, & tam exiguæ orationis finibus circumscribere  
aggrediar: teq; oro, ut in hac quâlibet opera mea,  
animum meū atq; affectum velis æstimare. Scis et-  
enim (nec iam est te fallere cuiquam) in hoc suscipien-  
do munere, nullam in me temeritatem, nullā ambi-  
tionem: sed pium obsequiū, sed gratam erga te pieta-  
tem fuisse. Quod quum ita sit, vos humanissimi au-  
ditores rogo, quorū frequentia & luctu vniuersitas  
hæc literaria autori atq; protectori Regi hodie inci-  
pit parentare: vt me de eo breuiter simpliciterq; di-  
centem, pia beneuolaq; attentione prosequamini.

Veteris historiæ annalibus testatū est, Lusitani  
Regni initia iā inde ab Alphonso Henrico cœpisse,  
qui cū paternū genus ab Hūgarie, maternū à Castel-  
læ & Legionis Regibus duceret: primus in hac pro-  
uincia Regiū nomē sibi vēdicauit. Hic CHRISTI,  
quē crucifixum vidisse fertur, numine adiutus, tot  
Reges Christiani nominis hostes bello vic-  
genteis exercitus paruis copijs fudit atq; orbis ter-  
uit: tot arces, tot Castella, tot vrbes expul-  
nō iniuria Magno illi Alexādro, et Iulio in primū  
mo Romanorū Imperatori fuerit cōp-  
carmen, quod in sanctæ Crucis <sup>anno</sup> Christiano  
N<sup>o</sup> Secūdo, pri-  
N iij die



in scriptum est, indicat. Eius demum viri virtus & fortuna, posteritati æstimandum reliquit, quanta semper futura sit Regni Lusitani autoritas, quæ his auspicijs, his incunabulis, fuerit initiata.

AB hoc Alphonso Regnum Lusitaniæ eo ordine in posteros transmissum accepimus, vt decimo quarto loco numeretur Rex Emmanuel, IOANNIS, quem modò nobis creptum lugemus, pater. Hic quum per leges longè abesset à legitima Regni successione, diuino quodam prouidentia mysterio ad Regni legitimam successionem videtur fuisse reseruatus. Hic quum religiosissimus erga Deum esset, neminem in Lusitania consistere permisit, qui CHRISTI fidè non profiteretur. Hic Christianam legem longè latèque simul cum imperio propagauit, pleraque nobilissima templa Deo erexit, salutare atque vtilissimas leges Regno tulit. Hic ille est Emmanuel, qui primus hominum memoria, non tantum in orientis partibus Orientem versus nauigare iussis, Oceanum seculis fuit indignantem, ac naturæ difficultatibus, Tu igitur inaudito triumpho genere, de ipso quoque dicitur IOANNIS, eruerit triumphare. Proinde superatorem Indos vsque tam diu inaccessos perditur numero tam multum & Orientis diuitias Regno adieci-

iecit. Hinc foelix à quibusdam cognomento dictus, alijs Rex Regum appellatus: quibus titulis alius multò gloriosior inferatur, IOANNIS. III. Regis pater. Procreauit enim eum ex secunda vxore Maria, quæ Claudiam religione, Sulpitiam Paterculi filiam castitate, Corneliarum Gracchorum nobilitate superauit: vt faciliè filiam Catholicorum Regum Castellæ Fernandi & Isabellæ, posses agnoscere.

His parentibus natus est IOANNES in ea vrbe, in qua par erat nasci eum, qui iustissimè rerum esset potiturus. O communis Lusitanorum patria. O Lusitani Regni caput Vlyssippo. Tu vetustissimam originem ad Vlyssèem Homeri carmine celebratum refers. Tu cœli clementia, aëris temperie, hortorum amenitate, ædificiorum mole, tutissimo atquæ celeberrimo portu, Europæ urbibus antecellis. Tu Diui Vincentij martyris corpus, ad te vltro delatum, iam olim in occulto seruas. Tu diuum Antoniũ tot miraculis conspicuum, Patauiolum lumen, Italiæ ornatum, omnibus terris præsidium dedisti. Tu orbis terrarum oculus, tu latè fluentis ac refluentis Oceani Regina diceris. Tu deniq; hunc Principem primùm nascentem sinu excipere beata meruisti.

Natalis eius dies fuisse perhibetur anno Christianæ salutis Millesimo Quingentesimo Secundo, pri-

die Nonas Iunij. Qua die æther adeo insolitis ignibus flagrauit, adeo tonitruis & nymbis sine fulmine concussus est, vt res portento similis videretur. Sed quid mirum, si cœlum parturiētis aliquid cœleste speciem præberet, quum qui nascebatur is foret, quem gentes cœlo sibi demissum, postea prædicarunt.

Nomen puero inditum est, IOANNES, non quidem in Regio stémate nouum, sed ideo inditum, quod duo Lusitaniæ Reges eiusdem nominis extitissent, digni quorum nomen non minus quam virtutes, nouus Princeps referret.

Regnauerat quondam in Lusitania Petri Regis filius Ioannes. I. cuius nomen (nisi omnino ingrati simus) iucundum & sempiternum nobis esse debeat. Ille enim ne nostra hæc patria in externi Regis ditionem veniret, non dubitauit in Algibarrotae capis, se quodammodo pro libertate nostra deuouere. Quo loco fortissimorum ac fidelium militum exiguo exercitu, ausus est potentissimum Castellæ Regem Ioannem, et eius innumerabiles copias ad pugnam prouocare. Nec de glorioso eius pugnae, ac totius belli euentu quidquam attinet dicere, quem omnes sciunt. Eiusdem Ioannis Regis beneficium est, quod victricibus signis in Africam traiectis, munitissimam urbem Ceptam, in faucibus Herculei freti sitam, primo impetu expugnauit: eaque capta, aditum barbaris Christiani nominis hostibus præcl-



præclufit, quem antea facillimū in vniuerfam Hi-  
spaniam habuerunt.

Regnauerat etiam proximè ante Emmanuelè pa-  
trem, Alphonsi. V. Regis filius Ioannes eius nomi-  
nis. II. vir mehercle tam ingenti, tam excelfo, tam  
inuieto animo, tot tantifque Imperatorijs virtuti-  
bus inclytus, vt eum viuentè finitimi & procul dif-  
fiti Reges, velut belli fulmen horrendum formida-  
uerint: nūc vero mortuum, & posteritas admiretur,  
& æternitas memoriæ confecrauerit.

Hoc nomē puero, hæc caufa nominis fuit. De cu-  
ius educatione, pueritia, ftudijs, atque indole admira-  
bili, non eft confilium dicere: neque enim, vt in hifto-  
ria, fingula perfequor, fed tātum pro tempore, fum-  
ma quarundam rerum ftigia perstringo.

Decimum nonū ætatis annū agens IOANNES  
patre amiffo, Regia infignia Vlyfiponi, magno ho-  
minū fauore fufcepit. Erat iā tū in adolescente facies  
digna Imperio, & quam poffet, etiam qui nō noffer,  
quafi Regnantis venerari. Vultus ex amabili quadā  
venuftate & grauitate temperatus: vt nec gratia mi-  
nueret reuerentiā, nec grauitas officia gratiæ. Dein-  
de nō multo interiecto tempore vxorē duxit Princi-  
pem, CATHARINAM Philippi Regis filiā, Caro-  
li. V. Cæfaris sororem: quam vtiq; iuftiffimo matri-

monio sibi copulauit. Nam quæ admodum omnes omnino dotes animi, quæ ad laudatissimi Principis effigiem desideratur, in vno IOANNE cumulatâs vidimus: ita quidquid est virtutis, quod Græci, Latini, Hispani heroidas illustrauerit, id omne in vnâ CATHARINAM congestum agnoscimus.

Initio principatus sui, atque adeo in tota vita, nihil habuit antiquius, quàm perpetua, & solida religionis laude cæseri. Quis enim prior nouos quæ sitores Regno induxit cõtra homines nefarios, qui de CHRISTI fide non rectè sentirent? Quis vnquã in rebus diuinis rite peragendis, in tẽplis constituendis & dedicandis, in pauperibus alendis, maiore vnquam diligentiam adhibuit? Quis vnquã religiosiùs curauit, labetes religiosorũ mores ad veteris regulæ seueritatem reuocari? Quis religiosos ipsos aut curiosiùs audiuit, aut benigniùs fouit, aut liberaliùs p̄texit? Eius deniq; opera effectũ est, vt innumerabiles tum Asiæ, tum noui orbis nationes, patria & vana deorũ superstitione repudiata, vni CHRISTO vero Deo sese addixerint.

Iam verò belli & pacis studia quàm piè, quàm feliciter digessit? Nam in Africa CHRISTI hostes Mauros semper Christiano bello pressit: in Asia Indos semper victor subiugauit: Turcas feros, & eorũ classes ad urbẽ Diũ, duabus insignibus victorijs dele-

uit.

uit. Et tamē idē, dū mauult haberi & esse optimus, quā maximus, Lusitaniā nostrā semper bello abstinuit: vt Christiana pace eadē Lusitania meliūs frueretur. Ergo nostri quondā nepotes seri, quū hæc audiēt, Virgilianum illud de IOANNE. III. vsurbunt, *Aurcāque, vt perhibent, illo sub Rege fuerunt secula: sic placida populos in pace regebat.*

Cū verò bonas literas amaret impensiūs, quarum scilicet à pueritia studiosus cultor extiterat, Academiā in hac inelyta vrbe magnificis sumptibus instituit, atq; doctissimos quosq; præceptores magnis oblati conditionibus vndiq; euocauit. Animaduertit enim sapientissimus Princeps, non minūs fore gloriosum, si Lusitani ingenij quā si imperij, terminos promoueret. Enimuerò vt bonarum artium dignitatem, quæ antea erat in obscuro, ad Regiæ dignitatis fastigiū prouehere videretur: hæc Regia palatia, ludos literarios, hanc aulam Regiam, literarū emporium esse voluit. Sed & hanc Academiā p̄ximis annis rarissimo illo honore donauit, quòd non obiter, nec aliud agens, eam dignatus est inuisere: vt etiam in nostris subsellijs sederet ingens auditor. Sic Philadelphus Prolemæi Regis gloriam & humanitatē superauit: qui & ipse in Alexandria vrbe ludos literarios Musis & Apollini consecrauit, & certamina literaria



teraria instituit, vt inter præmiorum, quæ proposuit, iudices, etiam sederet. Sic deniq; effecit, vt gens Lusitana, quæ hæctenus in Africa & in Asia bello excelluit: nunc quoq; in Europa literis præstare videatur.

Idem Princeps, quum accepisset, Regem Ioannẽ eius nominis. II. in quo cæteræ omnes Regiæ virtutes explenduerunt, vnam cum moreretur, in se desiderasse: omni studio atque animi intentione perfecit, vt cum in cæteris virtutibus, tum in hac maximè emineret. Hæc nimirũ, Proceres, est illa virtus, quã verè esse Regiã parens rerum natura in apibus ostendit. Siquidẽ Rex atq; Impator apum à cætera plebe nõ solum oris egregij pulchritudine distinguitur: sed etiam quòd plebes aculeo vtitur, Rex autè sola maiestate armatus, aut aculeũ omnino non habet, aut certè eo non vtitur. O singularè mansuetudinẽ: o incredibile innocui Principis benignitatẽ, qui ignoscere sciebat, nocere nesciebat. Qui si quando in delinquentes (rari autè sub eo delinquebãt) seuerior animaduersione necessaria videret: cunctabatur primò: deinde animaduertebat quidẽ, sed inuitus. Adeo iustitia humanissimi Principis cõmiseratione quadã cõdiebat.

Iam verò quid de eiusdẽ Principis sũma erga suos beneuolentia referam? Qui neminẽ vnquã, vbiubi esset, audire recusauit: neminẽ ex sermone suo nocturnum

stum discedere permisit: qui laborantibus fame, aut simili calamitate ciuibus non sollicitudine Principis, sed vnicum paratis affectum semper exhibuit. Tanto denique amore suae reipublicae flagrauit, ut in filiorum funeribus, quos omnes imatura morte interceptos amisit, conseruatam à Deo Opt. Max. rempublicam reputasse videatur: idque Pauli Aemilij exemplo, qui amissis duobus, quos habebat in familia, filiis, ita ad populum Romanum loquutus esse fertur, *Cum in maximo prouentu felicitatis vestrae Quirites timerem, nequid mali fortuna moliretur, Iouem Opt. Max. Iunonem Reginam et Mineruam precatus sum, ut si aduersum quid populo Romano immineret, id totum in domum meam conuerteretur. Quapropter bene habet res, quod votis meis annuentes, id egerunt, ut vos potius meum casum doleatis, quam ego uestrum ingemiscerem.* Desinant igitur mirari exterarum nationes, quod Rex noster IOANNES nullis spiculatoribus, nulla armorum militum custodia septus, in publicum procederet. Quae enim tutior custodia nostro Principi esse potuisset, quam ipsius innocentia, & singularis ciuium amor?

De liberalitate eiusdem hoc possum dicere, vix illi parem orationem inueniri possit. Nam Regium aërarium manubijs hostium, auro Minico, gaza Indica, atque totius Orientis opibus refertum, ita largi-

largiendo exhaustit, vt sibi reliquum nihil fecerit. Donabat suis, donabat exteris, & quidem quotidie: nec enim minus, quàm Titus Imperator, diem se perdere existimabat, in quo nihil cuiquã præstitisset. Nec donare semel satis erat: Regijs codicillis, & priuatis chirographis se nobis ad annuos census obligabat. Quotus enim quisque est ex nobis, qui hanc munificentissimam Principis liberalitatem non sit expertus? O rem inauditam, & exemplo memorabilem, quæ vigebit memoria omnium seculorum: vixisse aliquãdo Regem Lusitaniæ IOANNEM, cui non tam vectigalis, sua Lusitania, quàm ipse vectigalis suis Lusitanis fuisset.

His Regijs virtutibus nostri Regis, atq; alijs innumeris, quas persequi non minus esset infinitum, effectum erat, vt Deum Opt. Max. nõ pluribus votis distringeremus. Non enim pacem, non securitatem, non opes, non honores orabamus: vnum ac simplex erat omnium votum, quod cuncta ista complectebatur, Salus nostri Regis. Sed o lubricam & miseram humanæ vitæ cõditionem. O ineuitabilem mortalitatis necessitatem. O spes fallaces. O votum nostrum illud irritũ. Salus nostri Regis extincta est. Ille innocentissimus, benevolentissimus Rex noster IOANNES, Academię nostrę author et protector,  
 studio-



studioforum omnium patronus, patriæ pater, atq;  
 adeo noster omnium parens, vnius diei morbo ab-  
 sumptus est. Ergo vnius diei morbo pacē nostram,  
 opes nostras, honores, ac fermè vitæ ipsius commo-  
 ditatem amisimus. Nam quid est ampliùs quod nos  
 delectare possit, illo amisso à quo nobis omnia hone-  
 sta, & iucūda ceciderūt? Tertiò idus huius mensis Iu-  
 nij cœlestes propè IOANNIS Regis oculi, qui nos  
 quocūq; iret, quocūq; veheretur, secū ducebant: qui  
 septimo ab hinc anno studiosos omnes in his locis,  
 atq; hæc, etiam loca, nihil alioqui sentientia, beni-  
 gno fulgore exhilararūt: illi inquam propè cœlestes  
 oculi, in quibus nostra omnis Lusitanorum, omnis  
 Æthiopum, omnis Arabum, omnis Persarum, om-  
 nis Indorum lux sita erat, sacrilega manu mortis  
 impiæ violenter clausi, atq; extincti, Regnum in-  
 stabile, incerta omnia, nos certè ac liberos nostros,  
 perditos, & in miseranda orbitate reliquerunt.

De tenore mortis eius & funerē, ne singula con-  
 fecter, lachrymis prohibeor. Sed vt in summa dicā,  
 vixit optimè, decessit optimè, magno nostro malo,  
 nullo suo detrimento, qui vtique in meliore cœli re-  
 gia iam cum CHRISTO regnet. Facies funeris ea  
 fuit, vt non cadauer Regium, sed adeo tota res publi-  
 ca Lusitana, quasi cum Rege pariter concidisset, illo  
 mise

miserabili funere efferri videretur. Quas igitur putatis fuisse lachrymas procerum? quos plebis fletus? quos mulierū eiulatus? quæ totius populi lamenta?

Sed quo te piaculo taceam in clyta Lusitaniæ Regina nostri IOANNIS, dum vita manebat, vnicæ amor CATHARINA? Nempe in tam acerbo dolore iustitiam, non minus quàm vultus, præstabit exemplo Timantis velo contegere, quàm penicillo tentare. Si quidem animus iste tuus augustus, quàm aliò qui inconcussus, maiorq; omnibus fortunæ bonis, atque adeo maior ipsa fortuna, non potuit tamen in tanta iactura dolori non succumbere. Speramus tamen futurum pro ingenita tibi bonitate, pro sanctissimis moribus, quos ex diuino illo consorte tuo tot annos imbibisti: vt proprios doloris tui affectus nostris publicis utilitatibus condones, ac rem publicam hanc ex mariti tui iudicio sine mora regendâ suscipias. Augustus Cæsar, cum in extremis ageret, in hac voce defecisse dicitur, Liuia nostri cõiugij memor viue, ac vale. Augustus noster IOANNES, cum nos vsque in finem dilexisset, penè vltima voce (nam vltima se Deo comendantis fuit) dixisse fertur, CATHARINA nostræ reipublicæ memor viue, ac vale. Eia ergo fortissima Heroïna, obligato interit. n tanto vulnere, rebus lapsis fer opem: concusso

atque nutanti Regno succurre. Succurres autē ista tua principali autoritate, ista qua polles supra sexū prudentia: quæ iam olim meruit, vt tibi Rex prudētissimus idem præstaret, quod Iustinianus Cæsar Theodoræ Augustæ se præstitisse gloriatur, videlicet vt quibusq; tū pacis, tum belli consilijs simul interesses. Quod si feceris, nouum & inusitatæ gloriæ titulum tuis adiuuges. Quippe si vir ille tuis ob regnādi artes admirabiles, quas nemo te meliūs humanæ diuinæq; domus sociā didicit, patriæ patris nomen meritò est consecutus: tu profectò si rerum habenas, quas ille in cœlum festinans tibi cōmendauit, ad instar eius tractaueris, mater nō tuæ, sed nostræ patriæ memorabili exemplo appellaberis.

Nec te possum tacere Princeps Henrice, Romani Senatus procerū decus, orthodoxæ atq; sacrosanctæ fidei vindex & assertor singularis: qui quum duarū sororū, ac cæterorum omnium fratrum funera æquissimo animo toleraueris, postremū hoc atq; ingēs funus Regis ac fratris tui vix æquo animo ferre potuisti. Nec hoc quidem, quod vllam tui rationē habueris, quē scimus in summa humanarum rerū despiciētia sanctissimè viuere. Magis igitur pijslime patens, ac Princeps doluisti nostrū omnium vicem, quostā horrēdę tēpestatis turbine iam statos vides: ac despera-



ta sacra anchora, quam nuper in Ludouico Principe fratre tuo amissimus, ad te velut ad secundam post naufragium tabulam, respicere intelligis.

Tu tamen o cœli & terræ gubernator CHRISTE IESV, qui primo illi Regi Alphonso pēdens in cruce visus, crucem ipsam tuā, huius Regni æternum insigne esse voluisti: respice nos in hoc procelloso mari fluctuantes, atque imminentis naufragij metu penè exanimatos, & clauum pro tua misericordia ipse manu tene: ne nostra hæc spoliata armis, excussa magistro, deficiat nauis, tantis surgentibus vndis. Proinde SEBASTIANVM Regem nostrum, in quo vno infantulo, & adhuc tantæ molis per ætatem ignaro, Regni domus inclinata recumbit: eadem pietatē nobis incolumem serua, qua miraculo quodam nobis eum proximè dedisti: vt vis illa animi excellens IOANNIS. III. nullis non suscipienda Regibus, nullis nō seculis prædicanda, quam per filium IOANNEM in hūc nepotē suum transmisit, per eundem SEBASTIANVM, confirmatę ætatis virum, in legitimos posteros, non Lusitanię tantum, sed Lusitanos quoque Reges, recta ac perpetua serie deriuetur.

DIXI.